

ZBIÓR DOKUMENTÓW
KOLEGIATY I KAPITUŁY ZAMOJSKIEJ

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

(C. d.)

Archiwa, Biblioteki
i Muzea Kościelne. T. 27: 1973

Andreas Sztjerowicz, sacra autoritate apostolica publicus notarius⁷, suprascriptae gnosae Morelowska fundatricis ad effectum petendi erectionem capellani procurator, prout de mandato in sui personam coram notario apostolico die lunae 4 mensis februarii anno currenti Zamoscii recognito docuit, productis cridae literis, debite ac legitime, ut a tergo earundem apparebat, executis, accusavit contumaciam omnium et singulorum ex adverso ad eandem fundationem quomodolibet ius et interesse aliquot habentium, vel se habere putantium et praetendentium, citatorum et non comparentium, nec affectui literarum cridae sese opponentium, et in eorum contumaciam supradictae fundationis literas, tum assecurationis iudaeorum Zamoscensium et Ianoviensium [s. 8] synagogarum, in officio advocatiali per dictos iudaeos roboratas, produxit petiitque dictam fundationem per nos admitti, capellaniam perpetuis temporibus in capella Smae Trinitatis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, qui circa Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem residendo obligationibus in fundatione descriptis satisfaciat, erigi, creari et constitui, assecurationes iudaeorum Zamoscensium et Ianoviensium in omnibus et singulis ipsarum punctis approbari et confirmari, immunitatique ac libertati iuribusque ecclesiasticis adscribi, summa 4000 flor. polon. una cum censu, secundum recognitiones iudaeorum per octo a centum computando, pro dote et fundo capellani pro tempore existenti destinari, ius collationis occurrente vacatione capellaniae iuxta mentem fundatricis ordinari, aliaque in et circa praemissa desuper necessaria fieri, statui et determinari. Cuius quidem fundationis tenor sequitur talis:

(*Następuje dokument E.H. Morelowskiej nr 66*).

Tenor recognitionis iudaeorum Ianoviensium roboratae sequitur talis:

⁷ Andrzej Sztjerowicz, notariusz zaprzysiężony rady miejskiej i trybunatu ordynackiego w Zamościu. Zob. ADL Nr 121: *Protocolium sive terminarium actorum et documentorum, nec non acta officialia R. D. Valentini Constantini Czulski officialis generalis Chelmensis ex annis 1713—1719 k. 35.*

(*Następuje dokument Wawrzyńca Sikorskiego nr 63*).

Tenor similis recognitionis roboratae iudaeorum Zamoscensium sequitur eiusmodi:

(*Następują dokumenty nr 65 i 64*).

Nos itaque, visis literis cridae, legitime uti apparebat executis, visa fundatione manu gnosae fundatricis subscripta, visis item binis recognitionibus iudaeorum Ianoviensium et Zamoscensium super summa 4 millium flor. polon. in censum perpetuum ex massa fortunae fundatricis, per manus perillis olim Sikorski, decani infulati Zamoscensis, in synagogis suprascriptis pro fundando et erigendo capellano locata, ad acta advocativalia Zamoscensia roboratis, instrumentis iisdemque mature lectis, trutinatis ac bene discussis, petitis suprascripti mandatarii pro parte gnosa Morelowska pocillatricis Winnicensis, fundatricis, iudicialiter adductis et expositis, annuendum esse duximus, atque omnibus et singulis ad dictam fundationem et erectionem capellani ius et interesse quomodo libet se habere praetendentes et nec per se, ne per suos legitimos plenipotentes comparantibus, contumacibus reputatis, capellanum ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem in capella Ssmae Trinitatis super summa 4 millium flor. polon. originali censuque ab eadem reemptionali in suprascriptis synagogis assecurata, iuxta mentem et intentionem fundatricis noviter erigendum, creandum et constituendum esse decrevimus, prout ereximus, creavimus et constituimus, fundationem recognitionesque iudaeorum, officiose roboratas, praescriptas in omnibus et singulis illorum punctis, clausulis et conditionibus approbavimus et confirmavimus ac summam 4 millium una cum censu immunitati et libertati iuribusque et praerogativis ecclesiasticis adscripsimus, incorporavimus et invisceravimus atque pro dote et fundo capellano- rum, pro tempore existentium, perpetuo et in aevum autoritate ordinaria, qua hac in parte fingimur, destinavimus. [s. 18] Quoniam vero datur beneficium propter officium, proinde capellanus nunc et illius successores, pro tempore existentes capellanos, ad observanda qualibet hebdomada tria missae sacrificia quovis anno, idque stante vita fundatricis pro peccatis, post sera vero fata pro anima illius, nec non adjuvandum vicarios Ecclesiae Collegatae Zamoscensis, praesertim in confessionibus paschalibus aliisque solemnioribus cum indulgentiis festivitatibus, ad processiones iunctim cum vicariis et assistendum dno infulato pontificaliter celebranti decano Zamoscensi obligamus; intuitu vero praemissorum suprascripto capellano, pro tempore existenti, communem cum vicariis apparatus, vini et cerae usum concessimus. Ius patronatus et praesentandi, quoties capellaniam praedictam per cessum, vel desessum seu alio quocunque modo vacare contigerit, gnosae fundatricis stante vita illius, post sera vero fata perilli dno decano infulato Zamoscensi, vel illo mortuo, remotius a sede sua decanali distante, aut decanali praelatura diutius vacante, vbli capitulo, non tamen generali expectato, sed etiam tribus vel duobus praelatis sive canonicis, pro tunc circa Ecclesiam Collegiatam actualiter residentibus, secundum mentem fundatricis adscripsimus, reservavimus. Ad extremum defectus omnes, si qui in praemissis facti et iuris subreperint, supplevimus, robur autoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum apposuimus, prout quidem Christi nomine invocato erigimus, constituimus, approbamus, confirmamus, incorporamus, invisceramus, ordinamus, obligamus, concedimus, adscribimus, reservamus [s. 19], interponimus, supplemus. Praesentibus ——. In quorum fidem ——. Actum et datum Crasnostaviae die lunae 18 mensis februaryi anno Domini 1715. Valentinus Constantinus Czulski, archidiaconus et officialis generalis Chelmensis.

Nr 74

Erekcja senioratu przy Kolegiacie Zamojskiej.

Krasnystaw, 18 II 1715.

Ks. Konstantyn Walenty Czulski, archidiakon i oficjał generalny chełmski, zatwierdza na prośbę ks. Wojciecha Wielońskiego, proboszcza w Narolu, fundację senioratu w kolegium wikariuszy przy Kolegiacie Zamojskiej. Na uposażenie tegoż senioratu przeznacza 3000 flor. pol., zabezpieczonych na synagodze żydowskiej w Tarnogrodzie. Prawo prezenty i patronatu przysądza Kapituła Zamojskiej.

ADL Nr 121. *Protocollum sive terminarium actorum et documentorum R.D. Pauli Terti Garbowski, nec on acta officialia R.D. Valentini Constantini Czulski, officialis generalis dioecesis Chelmensis ex annis 1713—1719 k. 69—69'*; tytuł wpisu: erectio senioratus Zamoscensis a Wieloński (koncept).

Kop. 1. *Status senioratus Zamoscensis — anno Domini 1749 cum fundationibus eiusdem senioratus — conscriptus s. 4—7; tytuł wpisu: Approbatio fundationis senioratus Zamoscensis anno 1715 (włg or.) 2. ADL Nr I—158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 2149—2151 (włg kopii 1).*

Coram perilli et rdo dno Constantino Valentino Czulski¹ — personaliter comparens perillis et adm. rdus Josephus Skocki IUD, scholasticus² Zamoscensis, adm. rdi Adalberti Wieloński, parochi Narolensi³ principalis sui legitimus plenipotens, in termino hodierno ex literis cridae in vim citationis generalis seu publici edicti ex cancellaria iudicii praesentis emanatis, et per publicationem ex ambona in Ecclesia Collegiata Zamoscensi debite, uti ex executione a tergo connotata constat, debite executis, legitime incidentis et provenientis, contumaciam omnium et singulorum suo ex adverso ius, aut interesse aliquod ad fundationem seu erectionem senioratus vicariorum Zamoscensium, sui principalis, tam coniunctim quam divisim, se habere putantium et praetendentium, literis cridae citatorum non comparentium, accusavit et in eorum contumaciam dictam fundationem seu erectionem senioratus vicariorum Zamoscanorum in omnibus et singulis punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus universis approbari, confirmari, ratificari, robur autoritatis ordinariae ac perpetuae firmitatis, pariter et decreti desuper apposito, summam capitalem 3000 flor. polon. inscriptam et in synagoga iudaeorum Tarnogrodensium⁴ in censum reptionalem locatam, praedicto senioratui inscribi, applicari, incorporari et inviscerari, onera intuitu perceptionis huiusmodi census imponi et ad explendam successorum sui principalis pro tempore existentium sub onere conscientiae obligari, literas approbationis, confirmationis in forma solita decerni et extradi mandari, se vero ad dictum senioratum in persona sui principalis institui ac investiri, literas institutionis ac investitionis in forma solita decerni et extradi mandari, debita cum instantia petiit et postulavit.

Perillis et rdus dnu officialis, qui supra, audita pro parte adm. rdi Wieloński instantia iudicialiter facta, visis literis cridae in Ecclesia Collegiata Zamoscensi debite et legitime ex ambona publicatis, visa inscriptione seniorum iudaeorum Tarnogrodensium pro summa 3000 flor. polon. fer. 5 post festum s. Martini pontificis et confessoris anno Domini 1713⁵ ad acta advocatialia

¹ Walenty Konstanty Czulski, zob. dokum. nr 73 przyp. 1.

² Józef Skocki, zob. dokum. nr 72 przyp. 2.

³ Wojciech Wieloński, proboszcz w Narolu w diecezji chełmskiej, bliżej nie znany.

⁴ Tarnogród, miasto, pow. Biłgoraj, wojew. lubelskie.

⁵ Zob. dokum. nr 69.

et scabinalia Tarnogrodensia facta, viso item instrumento dicti rdi Wieloński manu subscripto Zamoscii 3 februarii 1714 expedito, vim foundationis senioratus in Ecclesia Collegiata Zamoscensi in se [k. 69'] continentem, ante omnia omnes et singulos praedictis cridae literis citatos nullatenus comparentes, nec quidquam contra huiusmodi foundationem summaeque et censum, ab eadem proveniente apponentes, contumaces reputavit, et in eorum contumaciam inscriptionem summae 3000 flor. polon. cum censu ab eadem serviente admisit, atque immunitati ecclesiasticae adscripsit, huiusmodi foundationem in beneficium ecclesiasticum erexit, robur autoritatis ordinariae in vim perpetuae firmitatis addidit, et obligationem et alia munera et munia in cura animarum et ad administrationem sacramentorum etc. Collegiatae Zamoscensis pariter, ut aliis vicariis secundum morem et consuetudinem illius ecclesiae laudabilem ac ipsum fundatorem, quam illius per cessum sive decessum seniores successores obligavit, ius praesentationis seu collationis quocunque modo et titulo occurrentes huiusmodi senioratus vacatione secundum mentem dicti fundatoris Vbli Capitulo Zamoscensi adscripsit. Iam vero hactenus ipsum rdm Wieloński fundatorem pro recenter fundato senioratu instituendum esse duxit, prout instituit, ceteraque circa praemissa necessaria ordinavit, literas erectionis cum sufficiente expressione mentis fundatoris ad perpetuam rei memoriam relaxare mandavit, decreti praesentis vigore.

Nr 75

Erekcja prepozytury szpitalnej w Zamościu.

Krasnystaw, 8 III 1715.

Walenty Konstanty Czulski, archidiakon i oficjał generalny diecezji chełmskiej, na prośbę ks. Tomasza Olszówki, wikariusza Kolegiaty Zamojskiej, eryguje prepozyturę dla szpitali zamojskich, udotowaną przez ks. W. Sikorskiego, dziekana zamojskiego i innych dobroczyńców. Prawa prezenty i patronatu przekazuje radzie miejskiej w Zamościu.

ADL A nr 121. *Protocolum sive terminarium variorum actorum et documentorum R.D. Pauli Terti Garbowski, nec non officialia R.D. Valentini Constantini Czulski, officialis generalis Chelmensis, ex annis 1713—1719 k. 75'—76; tytuł wpisu: Approbatio erectionis xenodochiorum (koncept).*

Kop. ADL Nr I-158. *Decreta reformationum 1750—1751 s. 2211—2214 (włg or.).*

Coram perilli ac rdo dno Valentino Constantino Czulski¹ — in publica causarum audientia comparuit personaliter adm. rdus Olszówka, Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis vicarius ad praeposituram xenodochiorum, unius intra moenia civitatis Zamoscensis, alterius in foro Sanctae Crucis secus via Leopoliensi locatorum, per perillum et adm. rdum olim Laurentium Sikorski UID, decanum infulatum Zamoscensem, praepositum Szczebrzeszynensem, Tarnogrodensem² praesentatus, principalis actor, in termino hodierno ex literis cridae in vim citationis generalis seu publici edicti ex cancellaris iudicii praesentis emanati, ac debite, uti in executione connotata constat, executionis legitime incidentis et proveniente, contumaciam omnium et singulorum ius aut interesse aliquid ad citatam praeposituram eiusque erectionem, tam coniunctim quam divisim, se habere putantium et praetendentium literis cridae citatorum et non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam ante omnia erectionem xenodochiorum [k. 76] suprascriptorum novam per suprafatum fundatorem

¹ *Walenty Konstanty Czulski, zob. dokum. nr 73 przyp. 1.*

² *Wawrzyniec Sikorski, zob. dokum. nr 57 przyp. 7.*

factam et in omnibus et singulis punctis etc. approbari, confirmari, robur auctoritatis ordinariae, pariter et decretum desuper apponi, summas xenodochiis et eorum praeposito, nunc et pro tempore existenti, tam per dictum fundatorem quam per se inscriptas, adscribi, approbari, confirmari, literas approbationis et confirmationis in forma solita decerni et extradi mandari, se vero ad eandem praebendam xenodochiorum in instanti institui ac investiri, literasque institutionis et investiturae de super necessaria in forma solita decerni et extradi mandari, debita cum instantia petiit et postulavit.

Perillis et rdus dnus audita instantia in ordine approbandorum hospitalium, unius intra moenia ex opposito conventus franciscanorum, alterius extra portam versus publicam viam Leopoliensem, partim per perillum Sikorski decanum infulatum Zamoscensem, partim per alios benefactores, prout seorsivis allucidationibus variarum summarum inscriptionibus, nec non erigendum pro regimine huiusmodi hospitalis novum praepositum iudicialiter factum, visis literis cridae in vim generalis citationis et ex ambona Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis publicatis, viso item testamento ac post seorsivo foundationis et erectionis novi praepositi instrumento manu propria perilli olim Sikorski, decani Zamoscensis, 7 mensis novembris anno 1714 scripto et subscripto, aliisque visis videndis, ante omnia omnes et singulos ad dictam foundationem seu foundationis auctionem summasque et census ab iisdem proveniente[m], ius vel interesse aliquod praetendentium, non tamen quidquam opponentium, vel aliquid in contrarium dicentium, omnes et singulos praedictis literis citatos non comparentes contumaces reputavit et in ipsorum contumaciam mature ponderat suprascriptae foundationis praepositi et actionis pro pauperibus instrumento, lectis denique inscriptionibus distinctim pro praeposito et pauperibus, tandem peculio proprio perillis decani, quam piis obligationibus variorum hominum factis, eandem foundationem tum quoque inscriptiones expressas admittendum, approbandum, confirmandum et ratificandum esse duxit, prout in Dei nomine approbavit, ratificavit et confirmavit, immunitati ecclesiasticae adscripsit, ab omni iurisdictione quavis saeculari exemit, atque rectorem praedictorum hospitalium, nunc et in futurum existentium, titulo praepositi insignivit, eiusmodique praeposituram in beneficium ecclesiasticum erexit, et in continenti conformando se voluntati perillis olim testatoris et fundatoris adm. rdum Thomam Olszówka ad praeposituram huiusmodi, emissa per ipsum professione fidei, per manus capiti eius impositionem instituit et investivit. Ius patronatus seu praesentandi in posterum toties quoties eandem praeposituram vacare contigerit, spectabilibus advocato et quatuor consulibus Zamoscensibus reservavit, praemissis omnibus robur auctoritatis ordinariae et perpetuae firmatatis adiecit. Adm. rdum praepositum institutum quatuor a iudaeis Zamoscensibus, videlicet Zelik et Lewek summa 1620 floreni, quam primum repetat ipseque, prout se iudicialiter obtulit, propria sua liberalitate in auctionem summarum praepositurae xenodochiali 1000 flor. in bonis mundis et liberis locet et officiose inscribat, iniunxit, literas eo nomine erectionis decrevit et relaxare mandavit. Praesentibus — —.

Nr 76

Dekret reformacyjny dla Kolegiaty i Akademii Zamojskiej.

Zamość, 17 V 1715.

Krzysztof Szembek, biskup chełmski i prepozyt generalny bożogrobców miechowskich, po odbyciu wizytacji Kolegiaty Zamojskiej w dniach 29 IV —

14 V 1715 *wydaje dekret reformacyjny. Dekret ten odnosi się do kolegiaty, kapituły, jej ustroju i podstaw gospodarczych, Akademii Zamojskiej, kolegium wikariuszy, bractw kościelnych, banku pobożnego, kaplicy św. Katarzyny na przedmieściu i szpitali zamojskich.*

Or. ADL Nr I-152. *Acta visitationis generalis omnium ecclesiarum dioecesis Chelmensis R.D. Christophori Szembek ep. Chelm. in annis 1714—1717 peractae. Iura praecipua Ecclesiam Collegiatam et Academiam — Zamoscenses concernentia anno Domini 1715 k. 382—388'; tytuł wpisu: Decreta reformationis pro Ecclesia Collegiata et Capitulo Zamoscensi, pro Universitate in ibidem, vicariis — sub tempus visitationis per ipsummet illum rdum dnum Christophorum in Słupow Szembek, episcopum Chelmensem — die 29 mensis aprilis anno currenti inchoatae, tandem die 14 maii eodem terminatae, latae et publicatae.*

Pro Ecclesia Collegiata et Capitulo Zamoscensi.

Reddidit equidem insignem hanc collegiatam insignis in Deum divisque illmi et excellmi dni fundatoris pietas et liberalitas continuata in veris et sanguinis ita et virtutis ac munificentia haeredibus, ut tamen in suo decore et splendore perseveret, eorum vel maxime curae et sollicitudinis erit, qui eandem veluti fundamenta bases et firmissimae quaedam columnae ex vi muneris et oneris sui sustinere et sustentare teneatur. Inter quos primus et principalis est perillis et adm. rdus Iosephus a Skoki Skocki, IUD et modernus decanus infulatus Zamoscensis¹, de quo plurimum in Domino confidimus, quod et nostrae, quam de ipso optimam habemus, expectationi et fundatoris ordinationi summique pontificis Clementis VIII constitutioni², suae denique in hoc officio vocationi ex sese satisfaciet. Nec minorem spem concipimus de ceteris illustribus huius collegiatae praelatis et canonicis, tum antiquae et originalis Zamoscianaes quam novae et consequentis fundacionis, quod scilicet etiam illi adequate suis correspondebunt officiis ac muniis. Et quia singulis ex vi fundacionum suarum, aut ad curam et regimen [k. 383] ecclesiae huic populique fidelis instructionem, aut ad tradendas publice in Academia lectiones, aut ad absolvendarum septimanatim suis in capellis certarum sub numero missarum, obligationes sunt adstricti, ideo ab hinc omnes hi canonici talibus non nisi conferuntur, qui in loco circa Ecclesiam Collegiatam et Universitatem resideant, suaque officia et obligationes per semetipsos impleant et exequantur. Quicumque autem ad praesens per sui absentiam fundacionum suarum non adimplent obligationes, nisi quamprimam sese emendaverint, sciant nos contra se iuxta iuris et praecipue sacrosancti Concilii Tridentini sess. XXIV cap. 12 dispositionem, etiam ad privationem esse processuros. Caveant etiam omnes et singuli, ut dum orandi causa veniunt ad ecclesiam non intermixti populo per scamma sedeant, sed potius superpelliceati chorum suum stallaque ingrediant et illuc orent. Diebus autem dominicis et festis omnes, etiam illi, qui professores agunt in Universitate, ad mentem fundatoris non tantum processionibus et missae conventuali ac concioni, sed etiam vespers, praecipue in festis primae et secundae classis, ceterisque divinis officiis congregati in stallis devote attenteque assistant et adsint, ac proinde caveant in ecclesia ab omnibus confabulationibus, colloquiis, risu ceterisque actionibus, quae certe respicienti considerantique populo scandalo esse possint et sibi dignae reprehensionis. In persolvendis autem divinis officiis praecipue publice in ecclesia et choro omnino ad praescriptum rubricarum

¹ Józef Skocki, zob. dokum. nr 57 przyp. 6.

² Zob. dokum. nr 4.

et caeremonialis sese conforment. Videant etiam singuli, ut iuxta iuramentum circa sui institutionem praestitum, non modo nihil a suis praebendis alienent, verum etiam alienata pro posse recuperent. Ideoque suas fundationes frequenter relegant. obligationes diligenter adimpleant, censusque ac proventus sese concernentes incunctanter omni officatori modo vindicent et repetant, singulariter tamen illius dnus decanus cum toto capitulo agat pro restitutione [k. 383'] fundatione Seminarii, tam duodecem quam quinque clericorum, tanquam pro non postremo decore huius ecclesiae et summa totius dioecesis nostrae necessitate pariter ac utilitate. In quo negotio ad effectum reducendo etiam nos pro debito officii nostri non deerimus. Constitutiones quoque capitulares singuli perlegant et observent, non tamen easdem per hospitia aut domos secum asportant, sed una cum sigillo capitulari diligenter in archivo conservent, et intra mensem nobis easdem ad revidendum et approbandum et confirmandum praesentent. Et quia ex institutione fundatoris Vble Capitulum est Academiae praepositum, ideo animadvertant, ne quid devium et contra instituta fundatoris in eadem eveniat.

Cum autem praeter suburbia villae quoque Zdanow³, Mokre Lipsko⁴ et Pniówek⁵ a primaeva origine ad haec usque tempora iure parochiali ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem pertineant, indeque Christi fideles sacramenta in et ab eadem percipiant, ideo perillis dnus decanus tanquam parochus etiam de decimis aliisque de iure et consuetudine ecclesiis parochialibus debitis, ipsis villis proventibus et obventionibus serio inquireat illasque vindicet. Pariter, ut fora hebdomadalia e diebus dominicis et festis transferant. Iudaei et haeretici (multo magis catholici), ne iisdem dominicis aut festis diebus merces suas publice devotiones exercent, aut sepulturas peragent, idem dnus decanus apud illum dnum ordinatum efficaciter instabit. Cuius etiam curae erit constitutio diligentis et prompti in exercendo officio suo catechistae ad intentionem praedecessoris sui fundationem pro tam pio et summe pernecessario opere relinquentis. Qui catechista, ut saltem omnibus et singulis diebus dominicis, tempore et hora dno infulato optima viso et semel pro semper designato, iuxta formam a nobis [k. 384] praescriptam in libello pro catechista hanc ecclesiam relicto traditam, fidelem populum in doctrina Christi una cum omni facultate et diligentia instruat ac instituat eidem dnus decanus superintendet ceteraque peraget quacunque ex se et tempore necessaria esse, aut utilia viderit et iudicaverit, praesertim in capitulo generali (ad quod omnes et singuli sub poenis a iure, aut forte suis constitutionibus, expressis irremissibiliter extendendis quotannis omnino conveniant et congregent) communicato cum confratribus consilio.

Reperimus etiam circa visitationem huius ecclesiae plurimas easque praecipuas sanctorum Regni nostri patronorum, nec non aliorum sanctorum in ea asservari reliquias, quas tamen ordinate dispositas non invenimus. Proinde committimus perillibus et illustris et adm. rdis Michaeli Piechowski, IUD cathedralis Chelmensis et collegiatae Scarbimiriensis canonico⁶, causarum Curiae nostrae auditori, Iosepho Skocki, IUD decano infulato et Petro Go-

³ Zdanów, zob. dokum. nr 27 przyp. 3.

⁴ Mokrelipie, wieś, pow. Zamość, wojew. lubelskie.

⁵ Pniówek, zob. dokum. nr 27 przyp. 6.

⁶ Michał Piechowski, kanonik chelmski i skalbmierski, kustosz i biskup sufragany przemyski. Autor *Cornucopiae infulae Chelmensis (Zamość 1717)*. K. Niesiecki, dz.c., t. 7 s. 234.

dyń, custodi⁷ Zamoscensibus, quatenus tempore sibi opportuno citra tamen prolongationem Zamoscium descendant, ibidemque in sacrario omnes et singulas sanctorum reliquias reveideant, ordinent, describant, sigilloque nostro consignent faciantque a tergo cistularum nomina sanctorum, quorum sacrae reliquiae in iisdem sunt repositae, in chartulis apponi. Et insuper eadem sanctorum nomina curent eleganti caractere conscribi, aut imprimi atque ad ingressum capellae Transfigurationis Domini (in qua maiori ex parte ipsorum reliquiae asservantur) in tabula affigi et appendi. Poterunt etiam litanias privatas de eiusdem sanctis componi et ibidem affigi ad excitandam et augendam maiorem ad eosdem sanctos devotionem eorumque venerationem, missa quoque propria pro die expositionis ss. reliquiarum imprimatur et in missalibus apponatur (quae habetur in fine novorum missalium); officium autem breviarii fiat, ut in festo reliquiarum in ecclesia Upsalensi⁸ cum oratione missae ex patronis Suaeciae.

Pro Universitate Zamoscensi.

[k. 384'] Floret equidem in insigni hoc fortalio et ex uberibus, quos in totum ferme orbem Polonum producit fructibus, maiora in dies laudis ac gloriae accipit incrementa dignissimis virtute pariter scientiisque praecellentibus viris ac subiectis repleta Universitas Studiorum Zamoscensis, eo tamen odorem, famam et eruditionem latius diffundet, quo exactius praescriptas sibi a prudentissimo non minus quam liberalissimo fundatore suo leges et constitutiones ad unguem, ut aiunt, observaverit, ab iisdemque ne in minimo quidem discesserit. Quod, ut fiat, curae imprimis diligentiae et sollicitudinis erit illustris adm. rdi pro tempore existentis scholastici Zamoscensis, cuius (ut eidem in memoriam et observantiam mentem ac monita fundatoris repetamus) erit munus Academiam invisere, rectores Academiae identidem commone facere, academicos ad recta obeunda officia sua cohortari et castigare quandoque negligentiores; eiusdemque erunt partes cum iudicio consilioque Capituli et professorum Academiae sufficere lectores, acre iudicium in sufficiens adhibere videreque, ut idonei et Graecis Latinisque literis et artibus illis, quas profitebuntur sint imbuti. Quo in officio, si claudicaverit, collegio capituli admonendi eum ius est. Si autem perseveraverit negligens esse, tum communicato consilio cum academicis, subrogandi lectores digniores eidem collegio potestas est. Non defuimus nos quoque Universitati huic promovere cancellariatus et pro officio nostro adesse, cui satis luculenta effectus et sollicitudinis nostrae iam dedimus documenta, et in futurum non deerimus in promovendis eiusdem iustis desideriis (quae in actuali per nosmetipsos Academiae et Univeristatis huius [k. 385] visitatione die 29 mensis aprilis anni currentis, congregatis tunc omnibus academicis ordinibus, mgcus rectos ceterisque nobis exposuere), tam quoad obtinendam confirmationem a S.R.M. privilegiorum huic Universitati datorum, quam quoad impeditioem, ne ad duodecem ab hac Universitate [k. 385'] miliari (ut expresse inhihent privilegia) a quibuscunque scholis publica studiorum in hac Universitate traditio impediatur. Interim pro felici semper incremento toti Universitati pasteralem impartimur benedictionem.

⁷ Piotr Godyń, profesor analogii, kanonik (1698) i kustosz (1714) zamojski, proboszcz w Sitańcu. Zmarł 23 XI 1718. Wiadomość o profesorach s. 50.

⁸ Upsala, dawna stolica arcybiskupstwa i metropolii (od 1153) w Szwecji. W r. 1531 arcybiskupstwo zostało sprotestantyzowane.

Pro vicariis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis.

Habent quidem vbles vicarii huius collegiatae immediatos sui consortes perillum scilicet decanum, custodem et suum seniore, nihilominus, quae in praesentiarum animadvertimus et didicimus monitu esse necessaria ista sunt:

1° Horas divinas, tam diurnas quam nocturnas, numquam perfunctorie, cursatim, taediose et disordinate (cum maledictus sit, qui facit opus Dei negligenter), sed attente, devote, lenta et sonora voce horisque statutis semper absolvant.

2° Vesperis solemnibus, matutinis, aspersionibus, processionibus, missae conventualis ac concioni omnes et singuli, tam vicarii quam manssionarii, semper intersint. Absentes vero per seniore sive vicedecanum statuendis semel pro semper a dno decano poenis et carentiis mulctentur.

3° Obligationibus suis in quibusvis foundationibus expressis in toto satisfaciant.

4° Ut autem omnes foundationes et obligationes tanto melius sciant, iisdemque satisfaciant, omnino necesse est [k. 386], ut easdem incipiendo ab erectione in unum volumen sive librum, tum ex archivo Vblis Capituli, tum aliunde fideliter sibi describant, aut describi faciant, nobisque ad approbandum et subscribendum intra semestre sub poena 20 imperialium praesentent.

5° Cum autem tam in suburbiis, quam in villis iure parochiali ad hac ecclesiam ab antiquo pertinentibus, sacramenta Christi fidelibus per vicarios huius collegiatae administrari fuerit constitutum, ideo ut in divino immo divinissimo opere (divinorum enim, ut ait s. Dionysius, divinissimum est cooperari Deo ad salutem animarum) promptos semper faciles et diligentes sese exhibeant, praecipue quando ad infirmos cum Ssmo viatico et extrema unctione vocantur, sine excusationibus et sine omni mora, ut eant aut discedant serio eosdem monemus. Non tamen invadent in iura aliarum parochiarum per administrationem sacramentorum, praecipue baptismi et matrimonii.

6° Confessiones quoque, praecipue feminarum non in sacristia, aut loco aliquo obscuro, sed in patenti cum commodis genuflexoriis et craticulis confessionali excipiant.

7° Theologiam moralem et approbatos in casibus conventiam auctores, tum bullam Coenae Domini casusque reservatos, singuli diligenter legant et memoria teneant.

8° Actus ante et post confessionem ac communionem in fine catechismi a nobis praescriptos, Christi fidelibus praecipue tempore confessionis paschalis et concursus populi ad communionem praelegant.

9° In ecclesia semper et omnes superpelliceati compareant et incedant, ibidemque a colloquiis, confabulationibus, risu et omni immodestia ac scandalosa actione et gestu, multo magis a clamoribus et rixis, omnino caveant [k. 386'], sed ubique locorum in pace, tranquillitate, observantia unius ad alterum et amore mutuo ac charitate non ficta, sobrie, caste, iuste ac pie vivant in hoc saeculo⁹.

10° Similiter contra reverentiam et obedientiam suis superioribus debitam nunquam peccent, omnis enim potestas a Deo, et qui potestati resistit, Dei voluntati resistit¹⁰.

⁹ *Tit.* 2, 12.

¹⁰ *Rzym.* 13, 1—2.

11° Quoties ergo aut dnus infulatus in pontificalibus celebrabit, toties tam ad vesperas, quam ad missam, si non omnes vicarios et mansionarios ac altaristas, certe plures eidem assistere est necesse, aut aliquis canonicorum divina officia solemniter peragat semper ad minus duo, in maioribus autem festiuitatibus, aut exposito Ssmo Sacramento, quatuor vicarii eidem assistent et inservient.

12° Et quia quotidie in missa primaria fit Ssmi Sacramenti expositio, ideo ut eidem, si non duo ad minus, ergo unus iunior vicarius sepeperpelliceatus et quatuor scholares similiter superpelliceati (nunquam tamen in biretis positus in capite) assistant quotidie et inserviant missae, omnino observandum statuimus.

13° Cum autem dignus et operarius mercede sua¹¹, ideo commendamus dno decano totique capitulo, ut vicarii eorum salaria, census, proventus et obventiones sibi debitas in tempore percipiant, tanto enim in officiis et obligationibus suis erunt diligentiores ac promptiores, sed et ipsi habitis brevi omnibus iuribus et foundationibus suis iisdem retinendis et conservandis studeant et diligenter invigilent.

Pro mansionariis.

Ad capellas huius Insignis Collegiatae Zamoscensis duas insignes factas fundaciones reperimus, unam confirmatam anno Domini 1638 ad capellam Transfigurationis Domini pro [k. 387] praeposito, cantore, sex vicariis et duobus praeterea ministrantibus clericis¹², alteram in capella decanali s. Nicolai episcopi et confessoris coniuncta cum capella Ssmae Trinitatis pro praeposito et quatuor mansionariis¹³. Sed quia hodie in utraque hac capella, contra expressam fundatorum intentionem et numerus cleri totaliter in prima defecit, in secunda vero ad solum praepositum et unum nonnisi mansionarium devenit, ita ut cultus divinus iniuria ne et calamitate temporum ac negligentia eorum, quorum per conscientiam inereat et interest conservationi, tam pissimarum fundationum quam diligentissime studere et attendere, ideo ut in pristinum statum et ordinem hae ambae fundaciones quam primum reducantur, curae, sollicitudini ac vigilantiae dni infulati una cum praeposito harum capellarum non tantum commendamus, sed etiam serio committimus. Quidquid autem ad praesens utraque hac capella sacrae supellectilis habet, totum id in inventariis descriptum, diligenti custodia asservatur et solemnibus festiuitatibus et temporibus exponatur, obligationesque fideliter impleantur.

Pro confraternitatibus.

Duas in hac collegiata confraternitates, unam Ssmi Rosarii BMV, alteram Literatorum reperimus, utramque paterne monemus, ut constitutiones, ordinationes, statuta et leges sibi in erectionibus, visitationibus et alias quomodolibet datas et praescriptas, ita diligenter observent, ut inde gloria, laus et honor Deo Omnipotenti eiusque Ssmae Matri Ecclesiae huic decus et ornamentum, confraternitati vero meritorum benedictionumque supernarum gratiarum divinarum [k. 387'] ac tandem gloriae coelestis optatam accedat incrementum. Studeant igitur tam praesides confraternitatum ita omnia moderari et dirigere, quam confratres exequi et, quae sui sunt officii ac vocationis, adimplere, ut in omnibus et singulis copiosam remunerationem a Deo, ab homi-

¹¹ *Euk.* 10, 7.

¹² *Zob. dokum.* nr 26.

¹³ *Zob. dokum.* nr 37.

nibus vero laudem potius, quam reprehensionem, promereantur. Solitis proinde diebus ad devotionem, consultationes et electiones omnes, quantum fieri potest, convenient. Supellectilem sacram, iuxta inventaria a nobis subscripta, quotannis reveideant, ventilent, in solemnitatibus exponant et diligenter asservent. Census et proventus suos vindicent et repetant, iuraque inscriptiones ac fundationes se concernentes, in unum descriptas librum in folio, caute custodiant. Susceptas obligationes adimpleant. Proventus fideliter dispensent et provisores coram dno infulato, duobus canonicis ac senioribus saltem semel quotannis perceptarum, expensarum, assessus et decensus in aliquo confraternitati exacte, vere et fideliter calculum reddant semperque circa redditionem calculi registra dnus decanus, canonici et seniores confraternitatis utriusque subscribant, corrigendaque corrigant et in ordinem debitum exorbitando reducant.

Pro monte pietatis.

In revisione per nosmetipsos personaliter facta contentorum in monte pietatis illud in primis deesse comperimus, quod ad probandum quid, quando, a quo et quomodo accesserit, esse pernecessarium nemo dubitat, scilicet scripturas authenticas et documenta, quibus palam deduci possit, quaenam in monte pietatis contineantur, vel eidem et a quo debeantur. Proinde in instanti commendarios nostros [k. 388] dnos decanum infulatum, scholasticum Zamoscenses designavimus, qui captato quam primum tempore diligentem exactamque omnium et singulorum ad montem pietatis pertinentium revisionem et indagatorem faciant; donata, legata, inscripta et quae quocumque modo ad montem pietatis devenerunt connotent, actus eorundem per extractum eximant et in duo exemplaria (praemissa prius erectione montis pietatis) seu libros in folio, bono atramento ac caractere, describi procurent, nobisque una cum authenticis extractis ad verificandum et subscribendum intra decursum quinque mensium praesentent. Provisores autem montis pietatis registra perceptarum et expensarum munde et fideliter teneant (calculumque constitutis temporibus coram dno decano et duobus canonicis Zamoscensibus faciant) ab iisdem semper trutinanda, verificanda et subscribenda.

Pro capella s. Catharinae in suburbio.

Ut laudata virtus crescat, laudatur a nobis et commendatur pietas iuncta sollicitae curae, non sine gravi labore et notabilibus impensis in aedificanda capella suae ecclesiae s. Catharinae virginis et martyris, tum residentia, praedio hospitali, domunculis in censum locandis ceterisque aedificiis et quidquid in eis vel circa eadem cernitur adm. rdi Thomae Gruszecki, moderni ad ecclesiam praefatam praepositi et rectoris¹⁴, qui certe tanquam fidelis servus et prudens, quia super pauca est ita fidelis et diligens, dignus profexta est, ut supra multa et ampliora constituatur¹⁵. Interim non intermittat ea, quae gloriose cepit, ecclesiae scilicet tabulatum superius et pavimentum perficere, eumque iuxta promissa insignium benefactorum dotem huic ecclesiae inscriptam obtinuerit, et actu possederit, tum apud nos instabit pro eiusdem conservatione, nunc autem, ut in eadem capella, tam ipse quam alii sacerdotes, per ipsum admittendi, sacrificia missae libere et licite valeant absolvere, autoritate nostra ordinaria plenam ac plenariam [k. 388'] damus facultatem,

¹⁴ Tomasz Gruszecki, prepozyt kościoła św. Katarzyny w Zamościu, bliżej nie znany.

¹⁵ Mat. 25, 23.

ipsi vero tam laudabilia pro gloria Dei et honore sanctorum procuranti illumque ad instantibus pastorem libenter impartimur benedictionem.

Pro hospitalibus.

Cum ad praesens tria hic reperimus hospitalia: primum in ipso fortalio vicinum conventui patrum franciscanorum, alterum extra in suburbio Leopoliensi ex oppsito capellae sanctae Crucis, et tertium similiter extra ad capellam s. Catharinae, quorum priora duo sub uno nunc et solo praeposito et direttore rdo Thoma Olszówka¹⁶ constituta, quando quidem habent iam suas (praecipue illud extra portam) in censibus, hortis et agris, tam pro pauperibus quam etiam pro illorum praeposito fundationes; ideo modernus praefatus eorum hospitalium praepositus, ut pro amore Dei ac proximi illamque, quam in se assumpsit obligationem, studeat quam diligentissime, conservatione in et pro utroque hospitali boni ordinis iurium sartorumque tectorum ac fidei in pauperes eleemosinarum iisdem inscriptarum et debitarum, distributioni calculumque perceptarum et expensarum quotannis dno infulato reddat. Tertium autem ad s. Catharinam hospitale, cum nullam in hucusque fundationem habeat, ideo, ut pater pauperum Deus etiam illi liberales et copiosos provideat benefactores, pastorale addimus votum ipsorum.

In reliquo anteriora praedecessorum nostrorum (praesertim Zamoscii¹⁷, Pstrokonskii¹⁸, Lubienii¹⁹, Święcicieni²⁰ et aliorum) in visitatione acta et publicata reformationum decreta, tam in Capitulo quam in Universitate, praepositis, vicariis, mansionariis, altaristis, confraternitatibus, hospitalibus, monte pietatis eorumque provisoribus, ut diligenter relegantur et adamussim observentur, commendamus. In quorum omnium ——. Datum Zamoscii in residentia decanali die veneris 17 mensis maii anno Domini 1715. Christophorus Szembek episcopus Chelmensis.

Nr 77

Erekcja promotorii Koronki Trójcy Przenajświętszej.

Krasnystaw, 18 II 1716.

Walenty Konstanty Czulski, archidiacon i wikariusz generalny diecezji chełmskiej, na prośbę Michała z Paradowa Rulikowskiego, piwczego belskiego, zatwierdza fundację petenta i eryguje promotorię Koronki Trójcy Św. oraz dalszego kapelana przy kaplicy Trójcy Przenajśw. w Kolegiacie Zamojskiej. Prawo prezenty i patronatu, zgodnie z wolą fundatora, po jego śmierci przyśądza dziekanowi i Kapitulie Zamojskiej.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 503. *Prebenda Trójcy Św. s. 1—18 (Poszyt pap. ss. 18. Przy końcu pieczęć ks. W.K. Czulskiego z podpisem).*

Kop. 1. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 129. *Walenty Czulski, biskup sufragan, potwierdza zapis Michała Rulikowskiego na Bractwo Trójcy Św. 1715—1723 s. 5—12 (Kopia współczesna węg or.); 2. ADL Nr I—158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 2064—2071; 3. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 101. Status pro generali visitatione — praebendae Smae Trinitatis conscriptus a.D. 1779 s. 1—11; 4. ADL*

¹⁶ Tomasz Olszówka, por. dokum. nr 75.

¹⁷ Jerzy Zamojski, zob. dokum. nr 15 przyp. 2.

¹⁸ Stanisław Pstrokoński h. Poraj, jezuita i spowiednik króla Władysława IV, następnie prepozyt kapituły plockiej, kanonik warmiński, archidiacon kaliski, opat tymiecki; w latach 1645—1657 biskup chełmski.

¹⁹ Maciej Lubieński, zob. dokum. nr 22 przyp. 2.

²⁰ Stanisław Jacek Święcicki, zob. dokum. nr 52 przyp. 1.

Nr 132. *Acta officialia R.D. Valentini Constantini Czulski ex annis 1713—1719 k. 69*; tytuł wpisu: *Fundatio capellani in Collegiata Zamoscensi (Wlg or., ale tylko ostatnia część dokumentu — od „et nos Valentinus”)*.

Valentinus Constantinus Czulski¹ ——. Ad maiorem Ssmae et Individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti gloriam et rei memoriam perpetuam. Universis et singulis —— gaudium cum pace, emendationem vitae, spatium verae poenitentiae, gratiam et consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus et salutem denique in Domino sempiternam. Quinam sit modus venerationis singularis et cultus Ssmae Trinitatis enuntiat corona seraphica sic dicta, quod a sanctis seraphinis ducit exordium, qui stante ante thronum Ssmae Trinitatis perpetuo concinunt dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius, ut est Isaiae cap. 6². Unde Cornelius vir pientissimus coronam hanc commendans commonet in allegatum cap. 6 laudabiliter insinuat³. Nil sanctius, nil Deo dignius et gratius, nil utilius ab homine orari atque agi posse corona seraphica. Est enim professio fidei Ssmae Trinitatis contra paganos, iudaeos, arianos veteros et novos. Est exercitium religionis, excitamentum devotionis et laetitiae spiritualis; faciet, ut vota nostra sit angelica et singularis forma ad laudandam divinam maiestatem, summaria commemoratio et effectuosissima gratiarum actio pro acceptis beneficiis, est medium utilissimum ad asvescendum mentem divinae praesentiae in omnibus actionibus humanis, est linea recta seu regula ad [s. 2] rectificandas intentiones nostras, est modus practicus evellendi cogitatione a rebus creatis et erigendi animum ad coelestes, est denique aptissima substructio quotidianarum de Deo eiusque perfectionibus et excellentiis considerationum.

Hunc modum mgcus ac gnosus dnus Franciscus Michael de Paradow Rulikowski, pocillator palatinatus Belsensis⁴, vir pietate omni benevolentia et singulari in Ecclesiam liberalitate clarus, ut ipse in venerationem et professionem Ssmae Trinitatis effusus, ita et Christi fideles ad parem secum zelum erga Ssmam Trinitatem exhibendum incitando, praepositum seu promotorem in Ecclesia Collegiata Zamoscensi, qui eiusmodi seraphicam coronam publica in cantu devotione singulis diebus dominicis cum populo ad altare in honorem Ssmae Trinitatis ibidem extractum promoveat, adiectis eidem praeposito aliis certis obligationibus, et alterum capellanum, qui itidem obligationes ut infra descriptas absolvat, optima intentione fundandum esse duxit. Cum autem optime noscat operarios dignos esse mercede sua⁵, illasque divitias esse certissimas, quas manus pauperum in coelestes thesauros transportaverunt, vel quae in pias fundationes erogatae et locatae fuerint, pro firma praedictorum praepositi seu promotoris et capellani presbyterorum sustentatione de summa 10 millium flor. polon. sua haereditaria, in synagoga Zamoscensi locata, una cum censu reemptionali ab eadem proveniente perpetuis temporibus cessit, inscripsit, donavit et perpetuo in fundationem praedictorum praepositi et capellani presbyterorum, ita ut praepositus, pro tempore existens, a summa 7 millium, tum vero capellanus, itidem pro tempore existens, a sum-

¹ *Walenty Konstanty Czulski, zob. dokum. nr 73 przyp. 1.*

² *Iz. 6, 3.*

³ *Cornelius a Lapide (1567—1637), jezuita i profesor egzegezy na Uniwersytecie w Lowanum a od 1616 w Collegium Romanum. Głosny i znany w XVII w. komentator prawie wszystkich ksiąg Pisma św. (oprócz Psalmów i księgi Joba).*

⁴ *Michał Franciszek z Paradowa Rulikowski, zob. dokum. nr 67 przyp. 1.*

⁵ *Łuk. 10, 7.*

ma 2 millium census, iam autem illustris custos [s. 3] Collegiatae Zamoscensis pro cera, vino et communicatione apparatus dictis promotori et alteri presbytero mille flor. polon. per octo a centum, ad sacristiam sine ulla cunctatione percipiant, nil sibi suisque successoribus ad praedictam summam censumque ab illa provenientem de iure vel quopiam praetextu reservando, resignavit et adscripsit. Ad nos quoque cum debita postulatione recursum fecit, quatenus ipsius piam intentionem favore autoritatis ordinariae, qua hac in parte fungimur, prosequi et cessionem seu inscriptionem suprascriptae 10 millium flor. polon. summa una cum censu in foundationem praepositi et capellani factam et recognitam, approbare, foundationemque eiusmodi admittere et, quae essent opportuna, pro firmitate dictae foundationis decernere dignemur.

Nos vero, qui e loco officii nostri ad ampliandum cultum divinum et gloriam Ssmae Trinitatis propagandam omni studio obligamur, piam intentionem suprascripti mgci pocillatoris Belsensis fundatoris benigne amplectendo, prospiciendo nihilominus, ne res saeculis relinquenda perfunctorie tractetur, aut sine debito solitoque iuris processu executionis subiiciatur, sed rationabiliter competendinata solido subsitat erectionis fundamento, prius literas cridae in vim citationis generalis in forma spiritali fori consueta, cum termino iusto videlicet pro die lunae 18 mensis februaryi anni currentis, contra interesse et ius ad praemissa habentes, vel se habere praetendentes ex cancellaria extradere et relaxare mandavimus. Quibus rite, legitime, debite executis ex ambona in Ecclesia Collegiata proclamatis, publicatis [s. 4] in termino ad hunc usque diem, ultra quam per tres menses continuato et producto, ex iisdem literis cridae proveniente, comparens personaliter in audientia publica coram nobis nobilis Andreas Styerowicz⁶, apostolicus et officiorum Zamoscensium notarius, mgci fundatoris procurator, prout docuit authentico plenipotentiae instrumento, coram notario publico die martis 29 mensis ianurarii anno praesenti, recognita. Imprimis, deducto legitimo termino, contumaciam et absentiam omnium et singulorum, literis cridae citatorum et non comparentium, nec quidquam contra foundationem praedictam dicentium, accusavit et in eorum contumaciam ante omnia actum cessionis, inscriptionis, donationis et recognitionis pro suprascripta fundacione erigenda per memoratum mgcum Rulikowski, pocillatorem Belsensem, coram actis officii Belsensis feria 2 post festum Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae proxima (10.IX) anno Domini 1714 factum, gestum et formatum, nullo vitio affectum, tum quoque instrumentum fundacionis manu dni fundatoris subscriptum, iudicialiter produxit, petens suprascriptam cessionem, inscriptionem, tum fundacionem suscipi, legi, recognosci, ac in omnibus nexibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentis, cautionibus, conditionibus, exceptionibus autoritate ordinaria approbari, confirmari et ratificari ac illius virtute super praedicta 10 millium flor. polon. summa et censu perpetuo reemptionali ab eadem proveniente, praepositum sub titulo Coronae Ssmae Trinitatis et alterum capellanum in Ecclesia Collegiata Zamoscensi de nova radice autoritate ordinaria erigi, summam capitalem et censum seprascriptum a quavis iurisdictione saeculari eximi, sed immunitati et libertati ecclesiasticae adscribi addici, incorporari, inviscerari, officia, obligationes et onera eiusdem intuitu absolvenda imponi, vel iam alias in inscriptione et fundacione apposita, una cum iure patronatus seu collationis obvenientis per cessum vel decessum praepositi sive capellani vacatione approbari [s. 5], defectus iuris, quatenus aliqui in omnibus his praemissis in-

⁶ *Andrzej Styerowicz, zob. dokum. nr 68.*

tervenerint, suppleri, robur auctoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper apponi, literasque erectionis, approbationis, confirmationis, ratificationis, exemptionis, adscriptionis, additionis, incorporationis, inviscerationis, impositionis, approbationis, suppletionis, appositionis in forma solita et alia omni meliori decerni et extradi in praedictam contumaciam et ad sui nomine principalis debitam instantiam factam postulavit.

Tenor foundationis pro singulari veneratione et cultu Ssmae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti amen:

(Następuje dokument fundacyjny promotorii Koronki Trójcy Przenajśw. nr 68).

Inscriptiones et obligationes synagogae Zamoscensis super praedictam summam:

(Następuje dokument M.F. Rulikowskiego nr 67).

In castro Belsensi feria 2 post festum Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae proxima (10.IX) anno Domini 1714 oblatum, porrectum, susceptum et in acta inductum:

(Następuje dokument nr 70).

Et nos Valentinus Constantinus Czulski, archidiaconus et officialis generalis, qui supra, excepta suprascripti plenipotentiarii pro mgco pocillatore Belsensi fundatore principali comparentis iusta pietatique et rationi consentanea, ac rite, debite iudicialiterque proposita instantia, citatos, provocatos et literis cridae attractos non comparentes, adhuc ad solis hodiernum occasum expectandos censuimus, uti expectavimus, atque illis neutiquam comparantibus, eos contumaces atque nullum interesse habentes reputavimus, et in eorum contumaciam ac absentiam petita procuratoris pro parte principalis sui facta admissimus ex ordine decernenda. Ac ita actum inscriptionis, donationis et recognitionis per mgcum pocillatorem Belsensem saepe nominatum de actu, ut supra factum, gestum et fabricatum ac in forma probante coram nobis iudicialiter productum, lectum et recog- [s. 17] nitum actis consistorialibus inseri mandari, illumque in omnibus nexibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentis, cautionibus, conditionibus universis auctoritate ordinaria, qua in hac parte fungimur, approbandum, confirmandum, ratificandum ac illius virtute super praedicta 10 millium flor. polon. summa et censu reemptionali perpetuis temporibus ab eadem proveniente, praepositum sub titulo Ssmae Trinitatis et alterum capellanum in Ecclesia Collegiata Zamoscensi de nova radice erigendum eiusque modi summam suprascriptam et censum reemptionalem, a quavis iurisdictione saeculari et militari eximendo, ac libertati et immunitati ecclesiasticae adscribendo, addicendo, incorporando, inviscerando, officia, obligationes et onera intuitu huius foundationis, tam praeposito quam capellano, pro tempore existentibus, imposita approbando, et adimplenda et absolvenda, tam praepositum quam capellanum, pro tempore existentibus, obligando. Ius patronatus et collationis, occurrente quovis modo, tam praepositurae quam capellaniae vacatione, secundum mentem fundatoris ordinando et disponendo, defectus iuris, quatenus aliqui in omnibus praemissis subreperint, eadem auctoritate supplendum robur auctoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decretum apponendum, literasque praesentes decernendum esse duximus, uti certe repetito Christi nomine ad gloriam Ssmae Trinitatis totius coelestis plausum approbamus, confirmamus, ratificamus,

eximimus, erigimus, adscribimus, obligamus, ordinamus, disponimus, supplementus, apponimus et praesentes decernimus extradendas. Hanc cae praepositurae et capellaniae fundationem [s. 18] et eiusmodi erectionem Smae Trinitatis, Deo vivo et vero, Regi saeculorum immortalis et invisibili, prout pius fundator voluit cernui dedicantes et in ultimo contradictoribus, quibusvis perpetuum silentium imponentes. Et ita etc. et non solum etc. sed etc. In quorum fidem ——. Datum Crasnostaviae hac die lunae 18 mensis februarii anno Domini 1716. Praesentibus ——.

Nr 78

Fundacja kanonikatu fundi Wozanowski.

Zamość, 22 V 1716.

Jakub Wozanowski, bakałarz filozofii i notariusz auctoritate apostolica, zapisuje 5000 złp., zabezpieczonych na własnym majątku ruchomym i nieruchomym, na utworzenie nowego kanonikatu przy Kolegiacie Zamojskiej. Praca prezenty i patronatu przekazuje Kapitulie Zamojskiej.

Czps. WAP Lublin. Nr 10. Acta Tribunalis Zamoscensis k. 29':

Kop. 1. ADL A nr 123. Protocollum ——. Acta officialia R.D. Valentini Constantini Czulski —— ex annis 1713—1719 k. 120—121' (Kopia współcz. wlg or. w transumpcie W.K. Czulskiego z 31 VII 1716); 2. Nr I—158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1661—1662, 1859—1861; 3. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1. Iura et fundationes 1750 s. 118—120; 4. Nr 57. Acta et documenta canonicatus fundi Wozanowski respicientia ex annis 1706—1840 s. 1—2 (Kopia z XVIII w.).

Actum in iudicio supremo tribunalis civitatum dominii Zamosceni feria 6 in crastino festi Ascensionis in coelum Domini nostri Iesu Christi anno eiusdem 1716. Personaliter comparens vblis Iacobus Wozanowski, Phiae baccalaureus¹, sacra auctoritate apostolica publicus et consularis tum tribunalis praesentis assumptus notarius —— praesentibus recognovit. Quia ipse ad maiorem Dei omnipotentis gloriam, eius Matris semper intemeratae Virginis Mariae honorem, diversorumque sui tutelarium cultum ex portione substantiae suae a Deo ter optimo maximo sibi recognoscenti concessae, summam 5000 flor. polon. in et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus habitis et in futurum habendis, praecipue autem in lapidea sua, inter metas ab una successorum Nieviescyanorum, parte ab altera famati olim Georgii Lawsok, civis mercatoris Zamoscensis², sita et consistente, Vbli Capitulo Zamoscensi pro erigendo canonicatu novo in Ecclesia Collegiata Zamoscensi dedit, donavit, inscripsit, assecuravit, prout quidem praesentibus dat, donat, assecurat et in aevum resignat. Dans et concedens eidem Vbli Capitulo facultatem et absolutam potestatem ius ad praefatum canonicatum praesentandi, praesentato autem proventus omnes ex eadem lapidea provenientes percipiendi, de perceptis quietandi, iure praefatae lapideae cum omnibus atinentiis et pertinentiis universis utendi, fruendi, alias in forma ronationis quam plenissima ac perfectissima. Iacobus Wozanowski.

¹ *Jakub Wozanowski, bakałarz filozofii, fundator kanonikatu fundi Wozanowski i pierwszy kanonik tejże kanonii. Wiadomość o profesorach s. 88.*

² *Jerzy Lawsok, mieszczanin i kupiec zamojski, bliżej nie znany.*

Nr 79

Erekcja kanonikatu fundii Wozanowski.

Krasnystaw, 31 VII 1716.

Walenty Konstanty Czulski, archidiacon i wikariusz generalny chełmski, na prośbę ks. Józefa Skockiego, dziekana infulata zamojskiego, potwierdza fundację ks. Jakuba Wozanowskiego i eryguje nowy kanonikat przy Kolegiacie Zamojskiej fundi Wozanowski. Prawa prezenty i patronat, zgodnie z wolą fundatora, przekazuje Kapitulie Zamojskiej.

Czps. ADL A nr 123. *Protocolum* ——. *Acta officialis R.D. Valentini Constantini Czulski* —— *ex annis 1713—1719 k. 120—121'*; tytuł wpisu: *Erectio canonicatus Wozanoviani*.

Kop. 1. ADL Nr I—158. *Decreta reformationum 1750—1751 s. 1661—1663, 1859—1862*; **2.** WAP Lublin. Nr 1. *Iura et fundationes 1750 s. 118—121*; **3.** Nr 57. *Acta et documenta canonicatus fundi Wozanowski respicientia ex annis 1706—1840 s. 1—2, 5—6, 9—12, 15—17, 20—21* (Kopie z XVIII w.).

Coram perilli et rdo dno Valentino Constantino Czulski¹ —— in eius publica causarum audientia comparuit personaliter vblis Iacobus Wozanowski, minorum ordinum clericus, Phiae baccalaureus², sacra autoritate apostolica publicus notarius principalis, in termino hodierno ex literis cridae, per rdum Adalbertum Ioannem Zieliński, Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis vicecustodem³ et vicarium, debite executis et publicatis, incidenti, contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso ius et interesse aliquod communiter vel divisim ad infrascripta se habere praetendentium, iisdem literis cridae citatorum et non comparentium accusavit, ac in eorum contumaciam ante omnia decretum Vblis Capituli Zamoscensis super consensum et fundationem canonicatus novi anno eodem die in capitulo latum, exhibitum, demum fundationem ipsam per se factam de tenore tali:

(Następuje dokument nr 78).

Iosephus Skocki, decanus infulatus et ordinarius Zamoscensis⁴, ex lege tutor mp. atque inscriptionem pro firma eiusdem canonicatus existentia supra summam 5000 flor. polon. et censu ab eadem per septem provenienti de actu in iudicio supremo tribunalis civitatum domini Zamosceni feria 6 in crastino festi Ascensionis in coelum Domini nostri Iesu Christi anno eiusdem 1716 produxit, debita cum instantia petens eiusmodi fundationem [k. 121'] suam et iurisdictionem admitti, approbari, canonicatum noviter per se fundatum in beneficium ecclesiasticum erigi, summam suprascriptam 5000 flor. polon. una cum censu ab eadem proveniente immunitati ecclesiasticae adscribi et ab omni quavis iurisdictione saeculari eximi, censum nihilominus sibi uti fundatori ad vitae tempora reservari, ius patronatus praedicti canonicatus sibi, iam vero post sera fata sua Vbli Capitulo Zamoscensi tribui et reliqui, ultra vero onera et munia canonicalia praelatis et canonicis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis incumbentia in praedictum canonicatum successores in septimana, unam missam de Requite pro se fundatore et suis parentibus; insuper quolibet quartuali ad

¹ Walenty Konstanty Czulski, zob. dokum. nr 73 przyp. 1.

² Jakub Wozanowski, zob. dokum. nr 78 przyp. 1.

³ Wojciech Zieliński, bakałarz filozofii, profesor analogii (1697), prepozyt kaplicy św. Mikołaja przy kolegiacie. Zmarł w r. 1719. Wiadomość o profesorach s. 47.

⁴ Jakub Skocki, zob. dokum. nr 72 przyp. 2.

unam missam pro animabus suffragiis carentibus obligari et adimplenda omnia in sua fundatione expressa adstringi, salvo omni etc. etc.

Perillis et rdus dnus officialis, qui supra, viso literis cridae, debite, uti apparebat, in Ecclesia Collegiata Zamoscensi executis, visis decreto Vblis Capituli Zamoscensis die...⁵, visa fundatione canonicatus et in existentiam illius summae 5 millium flor. polon. fundatione, ante omnia omnes et singulos ius vel interesse ad fundationem eiusmodi canonicatus et summam inscriptam praetendentes, vel se habere putentes, literis cridae citatos non comparentes, contumaces reputavit, et in eorum contumaciam petita dni fundatoris admit-tenda, fundationem in omnibus punctis et clausulis approbandam ipsamque inscriptionem ratificandam, summam 5 millium flor. polon. ratificandam, una cum censu per septem a centu computando, canonicis post se legitime succedentibus eandemque immunitati et libertati ecclesiasticae adscribendam esse censuit, prout admisit, approbavit, ratificavit et adscripsit, ius patronatus fundatori, post sera fata illius Vbli Capitulo Zamoscensi, tribuit et reliquit. Iam vero canonicus eiusmodi fundationis, pro tempore existentes, ad onera cum dnis praelatis et canonicis in Ecclesia Collegiata Zamoscensi, tam generalia quam particularia, in celebratione missarum in fundatione expressarum obligavit, praemissisque omnibus robur autoritate ordinaria et perpetuae firmitatis applicuit, decreti praesentis vigore.

Nr 80

Powiększenie uposażenia kanonii fundi Wosiniani.

Zamość, 9 IV 1720.

Kazimierz Jan Osecki zapisuje 3000 złp. na powiększenie uposażenia kanonii fundi Wosiniani. Kanonikat odąd będzie się nazywał fundi Wosiniano-Osecianus. Prawa patronatu i prezenty pozostają przy Kapitułce Zamojskiej. Do obowiązków kanonika będzie należało nadto odprawienie dwóch mszy św. w tygodniu na intencję fundatora.

Or. nie znany.

Kop. 1. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1. Iura et fundationes 1750 s. 106—107; tytuł wpisu: Erectio canonicatus Vosiniani; 2. ADL Nr I-158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1653—1654, 1838—1839.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Siquidem non est maior ratio, quam divini cultus promovendi, quem unumquemque nostrum iure suo singulariter monet exigitque, quales animi et ingenii vires eo diligentius attendamus, quo semper maior gloria et honor Dei omnipotentis augeatur posteritatisque ornandae ad iuvandum negotium in perpetuum suscipiamus. Proinde ego Casimirus Ioannes Osecki, Phiae laureatus, canonicus Zamoscensis, praepositus Polocensis, commendarius perpetuus Drohobycensis, notarius apostolicus¹ memor eius utriusque rei ac negotii peragendi, de bonis a Deo optimo maximo acceptis, ipsi uti supremo Largitori pro pietate et affectu debito erga Ecclesiam Collegiatam, prout et Almam matrem meam Universitatem Zamoscensem, cui multum (fateor) peto, lacte dulci, doctrinae et erudi-

⁵ W or. brak daty.

¹ Kazimierz Jan Osecki, profesor kolonii akademickiej w Otyce (1693), doktor filozofii, profesor i rektor Akademii Zamojskiej (1731, 1732/33), kanonik kapituły otyckiej (do 1703), kanonik zamojski i kapituły chełmskiej. Proboszcz w Łukowej (1725). Zmarł w 1733 r. Wiadomość o profesorach s. 51, 180 n.

tione ipsius enutritus et educatus favore, qua magis et gratia, quam meritis eiusdem atque Vbli Capituli ad canonicatum Wosinianum evectus, eundem canonicatum augendo et erigendo in Wosiniano Osęcianum; praeter summam, quam habet fundatam primaeva fundatione Wosiniana, aliasque effundatas pie legantium et resignantium, ad eundem canonicatum augendum summam 3 millium flor. polon. statui superaddere, prout et addo, do et statim in facie totius Vblis Capituli talem tantamque summam resigno inscriboque, idque in censum quotannis reemptionalem ab ipsa in perpetuum tali modo: censum susceptum scriptoque expressum, comprobatum, nimirum sicut praedicta summa 3 millium flor. polon. census sui reemptionalis mihi ad fata serviat, ac post meis succedaneis ex collatione semper Vblis Capituli, cuius ut plenum ius Wosiniani fuit et est, ita modo Wosiniano Osęciani canonicatus erit, cum suo praemisso modo facta auctione, non aliter tamen nisi ex academicis viris, labore et meritis dignis electis, cedit.

Et quia digna laborem debet semper sequi merces suaque voluntas suum habere effectum, in posteritatem huius auctionis meae fundationisque intereat tenor et memoria mei obliteraretur, qui vel maxime in vita et plus vitam salutem animae meae cogitari succursum et volo ad duo sacra missae officia successores meos obligo, unum scilicet pro anima mea in hebdomada quacunque die, alterum de Beatissima Virgine Maria, ad cuius gratiam et patrocinium singulariter recurro pro intercessione per ipsam ad Iesum benedictum, dulcem fructum ventris sui et redemptorem meum, etiam pro anima mea applicandum, singulis quibusvis mensibus celebrare tenebuntur, aut ipsi per se, aut per alios, modo satisfiat meae intentioni et nonnisi in Collegiata Ecclesia. Quod robur ut suum habeat et inviolate servetur, Vble Capitulum ex animo suprascripto humiliter et sacrosancte deprecor, tanquam ex bona voluntate auctionis et fundationis meae huius perpetuos vindices et patronos, mercedem singularem a Deo omnipotenti ob studium hocce meum perpetuitati libere consecratum sperantes. In cuius rei fidem ——. Datum Zamoscii praesentibus —— anno Domini 1720 die martis 9 mensis aprilis. Casimirus Ioannes Osęcki.

Nr 81

Zgoda Kapituły Zamojskiej na fundację kanonii fundi Morelowski.

Zamość, 23 XII 1722.

Kapituła Zamojska, na prośbę ks. Stanisława Byliny, prepozyta kolegium mansjonarzy i prebendarza fundi Morelowski, zgadza się na zamianę tejże prebendy na kanonikat fundi Morelowski z tym jednak warunkiem, że petent dołoży do uposażenia kanonii 1000 złp. oraz pozostawi prawa prezenty i patronatu przy Kapitulie Zamojskiej.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 414. *Acta capitulorum generalium, tam ordinariorum quam extraordinariorum, per praelatos et canonicos Insignis Collegiatae Ecclesiae Zamoscensis celebratorum. Vol. 2 (1711—1749) s. 64—65.*

Kop. 1. ADL A nr 122. *Acta Consistorii Chelmensis R.D. Alexandri Antonii de Pleszowice et Przędziel Fredro, episcopi Chelmensis —, nec non acta causarum Curiae Episcopalis R.D. A.A. Fredro et J.F. Szaniawski, episcoporum Chelmensium, ex annis 1721—1725 k. 105—106 (W or. transumpcie biskupa W.K. Czulskiego z 15 I 1723 z nieznacznymi zmianami w formularzu); 2.* WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1. *Iura et fundationes 1750 s. 95—97; 3.* Nr 102. *Status capellae Ssmae Trinitatis. Decretum reformationis de anno 1751 s. 14—16; 4.* Nr 43. *Akta i dokumenty, dotyczące kanonii fundi Morelowski z lat 1723—1825 s. 21—22; 5.* ADL Nr I-158. *Decreta reformationum 1750—1751 s. 1645—1647 (Kopie 2—5 w transumpcie z 15 I 1723).*

Actum in capitulo ordinario Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis tituli Resurrectionis Christi Domini et eius testis divi Thomae Apostoli anno Domini 1722 feria 4 post festum s. Thomae Apostoli proxima die 23 decembris. Praesidente perilli et rdi Iosepho Skocki, IUD decano infulato Zamoscensi, praeposito Szczebrzeszynensi¹, praesentibus perilibus et illustribus adm. rdis M. Mathia Pawołowicz, S. Theol. scholastico², M. Andrea Fabiański, Phiae custode³, me infrascripto M. Iacobo Arakiełowicz, S. Theol.⁴, M. Paulo Kuuk, Phiae⁵, Adalberto Zieliński, Phiae⁶, Casimiro Osecki, Phiae⁷, M. Cantio Niewieski, Phiae⁸ doctoribus et canonicis Zamoscensibus, personaliter comparens adm. rdus Stanislaus Bylina, praepositus mansionariorum in capella s. Nicolai et praebendarius Morelovianus Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis⁹, intulit suum postulatam suppliciter petens, praebendam suam in canonicatum mutari permitti ac suscipi a se summam mille flor. polon. pro erigendo novo simili stallo capitulari ex adverso alterius stalli ad altare maius situati et pridem extracti. Et in vim gratitudinis petiit obligari novos accessuros canonicos, ut quisque eorum tam novae foundationis, quam antiquae obligetur ad anniversarium pro se erigente post sera fata faciendum in crastino suae introductionis. Et Vble Capitulum audito supplicis oratoris postulato ac loco deliberationis sibi solitae ab eodem habito, unanimi omnium supra nominatorum praesentium votorum scrutinio facto, maxime maioris ecclesiae decoris ratione supermovente, illatam propositionem acceptavit et eidem benigne annuit, summam flor. 1000 polon. pro stallo novo simile extruendo reponi in archivio capituli destinavit, idque in instanti, quam summam cum iam adm. rdus Bylina ad archivium capituli idque per manus perillis praesidentis reposuerit, praebendam supradictam, adiuncto simul novo altero 1000 flor. a mgca Elisabetha Morelowska¹⁰, pridem hac ratione appromisso, in canonicatum poenitentiarium Morelovianum erigi permisit et transmutari indulisit, iure collationis Vble Capitulum Zamoscense relicto et salvo manente, ac personas de Ecclesia Collegiata Zamoscensi bene meritas afficiente, in gratam vero memoriam erigentis novum stallum, salva approbatione illmi loci ordinarii vel rdmi eius officii obligat et obligatos esse idem Vble Capitulum declarat omnes et singulos canonicos noviter accedentes (exceptis solis praelatis) in crastino suae introductionis, vel die proxima non impedita et immediate sequenti ad absolvendum

¹ Józef Skocki, zob. dokum. nr 72 przyp. 2.

² Maciej Pawołowicz, zob. dokum. nr 57 przyp. 8.

³ Andrzej Fabiański, zob. dokum. nr 72 przyp. 1.

⁴ Jakub Arakiełowicz doktorat z filozofii otrzymał w Krakowie, a z teologii w Zamościu. Był profesorem retoryki (1710), matematyki (1712), a następnie fizyki (1714) i wreszcie w latach 1716—1718 rektorem Akademii Zamojskiej. W r. 1711 otrzymał kanonię, a w r. 1735 dziekanę w Kapitulie Zamojskiej. Był też kanonikiem przemyskim i proboszczem w Wilkołazie. Zmarł w 1739 r. Wiadomość o profesorach s. 48, 172.

⁵ Paweł Kuuk, doktor filozofii i profesor wymowy na Akademii Zamojskiej (1699). W r. 1718 otrzymał kanonię zamojską, w r. 1728 wykładał również prawo. Zmarł w r. 1730. Wiadomość o profesorach s. 47, 169—171.

⁶ Wojciech Zieliński, profesor analogii (1697); w 1710 otrzymał święcenia kapiańskie i w tymże roku został kanonikiem zamojskim fundi Wosniński oraz prepozytem kaplicy św. Mikołaja. Zmarł w r. 1719. Wiadomość o profesorach s. 47, 168 n.

⁷ Kazimierz Jan Osecki, zob. dokum. nr 80 przyp. 1.

⁸ Jan Kanty Niewieski, doktor filozofii, profesor analogii (1715), a następnie poezji i retoryki na Akademii Zamojskiej. Posiadał tylko niższe święcenia. W r. 1721 został kanonikiem zamojskim. Zmarł w r. 1737. Wiadomość o profesorach s. 48, 175.

⁹ Stanisław Bylina, prepozyt kolegium mansionarzy w kaplicy św. Mikołaja przy Kolegacie Zamojskiej. Zmarł w 1736 r.

¹⁰ Elżbieta Morelowska, zob. dokum. nr 66 przyp. 4.

anniversarium per unumquemque canonicum noviter accedentem pro anima suprafati erigentis post sera fata, in vita vero pro animabus suorum parentum modo sequenti: ipsemet novus canonicus celebraturus sacrum requiale cantabit, pro cuius apparatu sex candelas cerae albae, unamquamque libram unam valentem, ad altare maius offeret, chorus cum organis conduceret, ad sacristiam pro necessitatibus duos flor. polon. reponet, dalmaticis hac vice assistentibus solvet, capanatori flor. unum dabit, ac tres missas, excepta cantata, requiales ad intentionem suprafatam absolvi procurabit hac eadem die. Idque facturum quilibet noviter accedens sub sequestratione vocis in capitulo praesentis Vbli Capituli statuto, salva ut supra approbatione, perpetuis temporibus duraturo.

Nr 82

Erekcja kanonikatu fundi Morelowski.

Krasnystaw, 15 I 1723.

Walenty Konstanty Czulski, biskup pomocniczy i oficjał generalny chełmski, na prośbę ks. Stanisława Byliny i za zgodą Kapituły Zamojskiej, tworzy z prebendy Trójcy Św. nowy kanonikat w Kolegiacie Zamojskiej fundi Morelowski. Biskup potwierdza powiększenie uposażenia kanonikatu, a prawo prezydentury i patronatu przysądza Kapitulie Zamojskiej.

Czps. ADL A nr 122. *Acta Consistorii Chelmensis R.D. Alexandri Antonii de Pleszowice et Przedziel Fredro, episcopi Chelmensis —, nec non acta causarum Curiae Episcopalis R.D. A.A. Fredro et J.F. Szaniawski, episcoporum Chelmensium, ex annis 1721—1725 k. 105—106'; tytuł wpisu: Nova approbatio canonicatus novelli Zamoscii fundi Moreloviani.*

Kop. 1. WAP Lublin. *Zesp. Kap. Zam. Nr 1. Iura et fundationes 1750 s. 94—103; 2. Nr 102. Status capellae Smae Trinitatis. Decretum reformationis de anno 1751 s. 12—18; 3. Nr 43. Akta i dokumenty, dotyczące kanonii fundi Morelowski z lat 1723—1825 s. 20—24; 4. ADL Nr I-158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1644—1648.*

Coram illmo ac rdmo dno Valentino Constantino Czulski, episcopo Claudiopolitano, suffraganeo¹ — in eius publica causarum audientia comparens personaliter illustris et adm. rdus Stanislaus Bylina², uti et tanquam ad canonicatum seu praebendam tituli Smae Trinitatis in Ecclesia Collegiata Zamoscensi situm per mgcam ac gnosam dnam Helisabeth Helenam Morelowska, pocillatricem Winnicensem³, dicti canonicatus neofundatricem, praesentatus principalis. In termino hodierno ex literis cridae debite, uti a tergo illius apparebat, executis et ex ambona in Ecclesia Collegiata Zamoscensi populo ad divina audienda congregato publicatis, intimatis legitime, proveniente et cadente, contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso ius vel interesse aliquod ad dictam novam fundationem Morelovianam sese quovis modo vel titulo habere putantium et praetendentium, literis cridae citatorum, nec per se, nec per suum plenipotentem quemvis comparentium, accusavit, ac in ipsorum contumaciam, exhibitio consensu Vblis Capituli Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis in et super admissionem fundationis novae Morelovianae sub actu feria 4 post festum s. Thomae Apostoli proxima die 23 mensis decembris anno Domini 1722 celebrati⁴, nec non praesentatione authentica altae memo-

¹ W.K. Czulski, zob. dokum. nr 73 przyp. 1.

² Stanisław Bylina, zob. dokum. nr 81 przyp. 9.

³ Elżbieta Helena Morelowska, zob. dokum. nr 66 przyp. 4.

⁴ Zob. dokum. nr 81.

ratae mgcae dnae collatricis ac fundatricis eiusmodi novi canonicatus seu prae-bendae producta, petiit dictam foundationem una et consensum Vblis Capituli Zamoscensis admitti, in canonicatum erigi, summam 1000 flor. polon. in capitulo eodem repositam pro aedificando novo stallo priori et antiquo capitulari, ac anniversario pro se ac factis suis serio absolvendo approbari, obligari, ius patronatus suae mgcae dnae fundatricis stante vita sua reservari, post fata vero ipsius penes Vble Capitulum Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis debere praesentari et ius collationis assignari adscribi, inviscerari, incorporari, mandari se praesentium ad dictum novum canonicatum institui ac investiri, robur autoritatis ordinariae ac perpetuae firmitatis pariter et decretum desuper necessarium apponi, literasque institutionis ac investiturae decerni et ex Cancellaria in forma solita extradi mandari, ac quod iuris et iustitiae erit statui, decerni, petiit et debita cum instantia supplicavit, salvo omni, cuius quidem consensus foundationis tenor talis, qui sequitur:

(Następuje dokument Kapituły Zamojskiej nr 81).

Qui illmus ac rdmus dnus episcopus Claudiopolitanus, suffraganeus, archidiaconus, vicarius in spiritualibus et officialis generalis pro tribunali, ut supra, sedens et audita instantia adm. rdi Stanislai Bylina iusta et rationi consona, viso quoque consensu Vblis Capituli Zamoscensis, sub actu feria 4 post festum s. Thomae Apostoli proxima anno Domini 1722 die 23 mensis decembris celebrati, in et super admissionem novi canonicatus seu prae-bendae per mgcam et gnosam dnam Elisabeth Helenam Morelowska, pocillatricem Winnicensem, dicti canonicatus Moreloviani fundatricem et collatricem, nec non praesentatione sibi ab eadem mgca pocillatrice et fundatrice originaliter data et exhibita, tum quoque literis cridae ex Cancellaria praesenti emanatis, debiteque uti a tergo illarum apparebat executis, et ex ambona in Ecclesia Collegiata Zamoscensi populo ad divina congregato post concionem die dominico, quae erat 10 mensis et anni currentium publicatis et intimatis, aliis visis, audiendis punctisque clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, ligamentis in eodem consensu Vblis Capituli Zamoscensis impositis, expressis, consideratis, ante omnia omnes et singulos sua ex adverso ius, vel interesse aliquod quovis modo vel titulo ad dictam novam foundationem canonicatus Moreloviani se habere vel praetendere putantes et praetendentes, dictis literis cridae citatos, nullatenus nec per se, nec per suos quosvis plenipotentes cum aliquibus obiectionibus, si et in quantum aliquas habere praesumant, comparentes, diutius ultra horam solitae audientiae usque ad occasum solis expectatos, eosdem omnes et singulos contumaces reputavit, ac in eorundem omnium et singulorum contumaciam praelibatam foundationem Morelovianam, per Vble Capitulum Zamoscense susceptam et per consensum receptam, ut in documentis authenticis iudicialiter exhibitis, obsigillatis et subscriptis producebatur. Christi nomine invocato, ad augendum maiorem cultum divinum et promovendum, admisit, approbavit, confirmavit, ratificavit, libertati et immunitati ecclesasticae adscripsit, foundationi novellae et consensui capitulari incorporavit, invisceravit in canonicatum novellum erexit, summam 1000 flor. polon. per eandem mgcam dnam Morelowska, pocillatricem et fundatricem memorati canonicatus Moreloviani Vblis Capituli reponendam, dispositioni capitulari pro anniversario annuali absolvendo, tam stante illius fundatricis vita et eiusdem novi canonici successoribus, post vero sera ipsorum fata pro animabus illorum applicando consensit et ratificavit, novum stallum simile prioribus applicante aedificare

ad ornamentum tam Insignis Ecclesiae consensum praebuit. Ius patronatus, stante vīta ipsius mgcae collatricis et fundatricis et praesentandi novum canonicum reservavit, post sera ipsius fata Vbli Capitulo Zamoscensis Collegiatae aliam personam habilem et idoneam idque academicam praesentandi facultatem tribuit. Modernum vero adm. rdum Stanislaum Bylina, legitime praesentatum ad praefatum novellum canonicatum, emissa prius ab eodem iuxta praescripta sacri Concilii Tridentini tum et bullae Pii papae IV super catholicae fidei professione praestanda⁵, deque obedientia et reverentia illmo dno loci ordinario, nunc et pro tempore existenti, canonicè intranti eiusque illmo officio exhibenda per manuum suarum capiti eius impositionem instituit ac investivit, curam administrationemque spiritualium et regimen temporalium rerum plene ipsi commisit, stallum in choro insimul et semel cum praelatis et canonicis huiusmodi Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, vocem activam et passivam in capitulo iuxta praedicta assignandum constituit, assignavit, ac in perpetuum assignat, constituit, literasque institutionis ac investiturae in forma solita ex Cancellaria extradere iniunxit, ac ita dixit, statuit, ordinavit, erexit, approbavit, decreta approbationis suae perpetuae ad praemissa mediante. Praesentibus — —.

Nr 83

Przekazanie patronatu kanonii fundi Rutowski Kapitulie Zamojskiej.

Zamość, 3 IV 1731.

Or. nie znany.

Kop. 1. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 414. *Acta capitulorum. Vol. 2 (1711—1749) s. 108* (W j. łac. wg or. oblatowanego do akt kapitulnych 3 IV 1731); **2.** ADL A nr 107. *Acta iudicialia et episcopalia R.D. Ioannis Felicis Szaniawski, ep. Chelm. (1731—1733) k. 107—108* (w transumpcie biskupa Szaniawskiego z 3 IV 1731 z nieznacznymi zmianami w formularzu).

Laudetur Iesus Christus. Universis et singulis, komu wiedzieć należy, niniejszym moim pisaniem facio, iż ja, lubo circa erectionem canonicatus novi fundacyjnej mojej za przyłączeniem 2 tysięcy pol. zł legationis gnosi Choynacki w kaplicy Annuntiationis, a przedtym s. Casimiri confessoris ad sacristiam, za consensum Vblis Capituli ius collationis circa erectionem miastu Zamościowi zapisałem wiecznymi czasy¹. Jednak teraz ex magnis et iustis rationibus animum meum permoventibus, matura deliberatione super hoc praehabita, respektując na Vblis Capituli affekt mnie świadczony nieodmiennie i beneficia, iż ten canonicatus potiori parte fundowany jest na sumie 2 tysięcy zł pomienionych per Vble Capitulum ustąpionej, mojej zaś sumy jako to złotych tysiąc u mieszczan skierbieszowskich do tej kanonii należące prawie przepadły; druga zaś suma na kamienicy Arakiełowiczowskiej in circulo miasta Zamościa złotych to jest 800, dico ośmset, ode mnie daną i do tej kanonii inkorporowaną mało co fruktyfikuje; suma tylko złotych 1200 na synagodze turobińskiej najpewniejsza, dlatego in vim wdzięczności Vbli Capitulo powinnej, revocando pierwszy w erekcyjnej zapis już nie miastu, ale Vbli Capitulo Zamoscensi ius collationis in perpetuum pro viris academicis et etiam vicariis emeritis pro beneplacito zapisuję irrevocabiliter; jakom się z tym tempore generalis capituli, die 3 mensis aprilis anno Domini 1731 celebrati, już ogłosił

⁵ W wykonaniu przepisów soboru trydenckiego pap. Pius IV, w bulli *Iniunctum nobis apostolicae* z 13 XI 1564 r., przepisał składanie wyznania wiary.

¹ Zob. dokum. nr 58.

i oświadczył i prosił instantius, aby to pro grato przyjęli, co firmum, ratum et inviolabile chcę mieć na zawsze; na co się podpisuję w Zamościu w rezydencyjej mojej, a po tym in facie totius Vblis Capituli do rąk własnych perillis et rdmi praesidentis oddaję. Anno et die, quibus supra 1731. Stanislaus Rutowski, canonicus Zamoscensis². Hoc scriptum in generali capitulo productum, oblatum, susceptum, subscribo. M. Thomas Ormiński, UID decanus Zamoscensis praesidens capituli³.

Nr 84

Biskup Szaniawski potwierdza przekazanie praw patronackich do kanonii fundi Rutowski.

Zamość, 3 IV 1731.

Jan Feliks Szaniawski, biskup chełmski, na prośbę ks. Stanisława Rutowskiego, fundatora kanonikatu fundi Rutowski, przenosi prawa patronackie tegoż kanonikatu z rady miejskiej w Zamościu na Kapitułę Kolegiacką.

Czps. ADL A nr 107. Acta iudiciaria et episcopalia R.D. Ioannis Felicis Szamawski, ep. Chelm. a die 5 I 1731 ad 4 XI 1733 k. 106'—108'.

Coram illmo et rdmo dno Ioanne Felice Szaniawski, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopo Chelmensi, abbate commendatario Wąchocensi¹ in eius publica causarum audientia comparens personaliter illustris adm. rdus Albertus Zieliński, canonicus² et procurator Vblis Capituli Ecclesiae Insignis Collegiatae Zamoscensis, suo et totius praedicti capituli nomine principalis, in termino ex literis cridae seu edicti publici in vim citationis generalis exportatis, debite ut a tergo illarum apparebat executis, contumaciam spectabilium et famatorum iudicis advocati, consulis, scabini totiusque magistratus civitatis fortaliti Zamoscensis et aliorum quorumvis ius patronatus collationis et praesentandi ad canonicatum fundationis Rutovscianae Ecclesiae Insignis Collegiatae Zamoscensis se habere putantium ac praetendentium, dictis cridae literis citatorum ex adverso principalium, quatenus non comparentium, accusavit, idque eorum contumaciam exhibita et producta inscriptione donationeque iuris patronatus [k. 107] collationis et praesentandi ad canonicatum, non ita pridem in ecclesia Insignis Collegiatae Zamoscensis ab illmo et rdo Stanisławo Rutowski fundatum³, in rem Vblis Capituli Zamoscensis per eundem canonicum fundatorem, idque sub tempus congregationis capitularis pro festo Annuntiationis Beatissimae Virginis Mariae, die scilicet tertia et sequenti mensis aprilis anno currenti 1731 Zamoscii celebrata (praevia revocatione et abrenuntiatione cuiusdam declarationis sive donationis dicti iuris collationis et praesentationis in rem magistratus Zamoscensis gesta) facta, eandem auctoritate ordinaria in omnibus suis punctis approbari, praedictumque ius patronatus et collationis canonicatus Zamoscensis fundationis Rutovscianae ad

² Stanisław Rutowski, zob. dokum. nr 52 przyp. 5.

³ Tomasz Franciszek Ormiński studiował w Krakowie i Padwie; doktor medycyny i filozofii, profesor medycyny (1694). Po śmierci żony Teresy Krobskiej przyjął święcenia kapłańskie (1709); prepozyt w Tarnogrodzie, kanonik (1707) i dziekan infułat zamojski (1724). Zmarł 20 V 1735. Wiadomość o profesorach s. 46—47, 166—168.

¹ Jan Feliks Szaniawski, początkowo biskup pomocniczy lwowski (1721—1725), a następnie biskup chełmski (1725—1733). Przed samą śmiercią otrzymał nominację na biskupstwo wileńskie. Zmarł w r. 1733.

² Wojciech Zieliński, zob. dokum. nr 81 przyp. 6.

³ Stanisław Rutowski, zob. dokum. nr 52 przyp. 5.

solum unicum Vble Capitulum, et non ad magistratum Zamoscensem in perpetuum spectare eodemque uti, frui et potiri debere declaravit, literasque approbationis, declarationis et alias de super necessarias decerni et extradi mandari, debita cum instantia postulavit. Cuius quidem donationis iuris patronatus tenor de verbo ad verbum est eiusmodi:

(*Następuje dokument nr 83*).

[*k. 108*] Qui illmus excelmus et rdmus dnus episcopus supradictus, sedens et auditis praemissis, visis literis cridae debite executis, attento termino legitimo citatos suprascriptos diutius ultra horam sua causarum audientia expectatos et nullatenus comparentes, contumaces reputavit, inque eorum contumaciam visa et lecta dotatione memorati iuris patronatus et collationis canonicatus Zamoscensis ab illustri et adm. rdo Stanislao Rutowski fundati, in rem Vblis Capituli Zamoscensis die 3 mensis aprilis anno currenti 1731 facta, manu eiusdem donatoris illustris Rutowski propria supbscripta et sigillo illius munita in capitulo Zamoscensi die et anno supra scriptis producta, accepta et manu perillis et adm. rdi Thomae Ormiński⁴, eiusdem capituli pro tunc praesidentis, subscripta, eandem autoritate sua ordinaria in omnibus punctis suis approbandam, confirmandam et ratificandam esse duxit, uti quidem approbavit, confirmavit et ratificavit, robur autoritatis suae ordinariae et perpetuae firmitatis apposuit, praedictumque ius [*k. 108'*] patronatus et collationis canonicatus Zamoscensis foundationis Rutovscianae ad solum unicum Vble Capitulum Zamoscense, et non ad magistratum Zamoscensem, aut alium quemquam in perpetuum spectare, illo uti, frui et potiri debere declaravit, literasque approbationis, confirmationis et declarationis et alias de super necessarias decrevit et extradi mandavit, praesenti suo decreto ad praemissa mediante.

Nr 85

Fundacja kościoła św. Katarzyny w Zamościu.

Zwierzyniec, 13 VII 1737.

Tomasz Antoni Zamoyski zapisuje na rzecz kościoła św. Katarzyny w Zamościu póllanek, zwany Krakowski, łakę, przymiarek we wsi Kalinowice, rolę, zwaną Zarnowskich, we wsi Janowice oraz rolę Niwkę koło St. Zamościa. Kapelani tegoż kościoła będą zobowiązani do odprawienia 12 mszy św. w roku w intencji fundatora. Prawa prezenty i patronatu fundator rezerwuje dla siebie.

Or. nie znany.

Kop. 1. ADL A nr 128. Acta Consistorii et Officii Generalis Chelmensis R.D. Iosephi Eustachii Szembek, ep. Chelm. in annis 1739—1749 conscripta k. 471—472' (Wig or. w transumpcie ks. J.A. Trębińskiego z 16 VI 1749); **2.** Nr 1-158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1958—1959; **3.** WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 62. Status collegii vicariorum 1766 s. 107—108; *tytuł wpisu:* Fundatio beneficii s. Catharinae in suburbio Zamoscensi existentis cum iuribus et dotationibus suis per perillum M. Balthasarum Dulewski, canonicum Zamoscensem ad acta visit. circa annum 1765 expeditae porrecta; **4.** Nr 353. *Informatio de statu antiquo et moderno ecclesiae sub titulo s. Catharinae V.M. in suburbio Ianoviensi, ad praesens Lublinski vocitato a.D. 1796 s. 2—3.*

⁴ Tomasz Ormiński, zob. dokum. nr 83 przyp. 3.

Ad perpetuam rei memoriam maioremque Dei maximi gloriam et s. Catharinae virginis et martyris cultum et venerationem, ecclesiae decus et ornamentum, ad augendam populi erga eandem devotionem, de bonis meis haereditariis, providentia divina mihi ad disponendum, conservandum concessis, ecclesiam sive capellam ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem meam spectantem, in fundo meo prope sitam, ego Thomas Antonius in Zamoście Zamoyski, haeres ordinatus, Płoskieroviensis etc. capitaneus¹, sola ductus pietate et pia intentione, ut maior accrescat cultus divinus et devotio populi erga s. Catharinam v. et m., uti coelestis sapientiae praesidem, praedictam ecclesiam sive capellam in animo meo dotare et erigere institui, prout de facto praeter fundos ad hanc ecclesiam coemptos, vel qualicumque modo ex pietate concessos ad tempus fundos. Et primo laneum agri, dictum Krukowski, in villa Kalinowice², inter metas ab una quartae partis agri dicti Czaykowska, ab altera vero expulsorii cum gaza et laborioso Mathia Mazur ibidem existente situm, cum prato ad eundem medium laneum ex opposito spectante, incipiendo a pratis usque ad viam publicam Kubieszowska sese protendentem, una cum adiacentia alias Przymiarek ad eundem medium laneum agri pertinente in villa Kalinowice, inter metas ab una agrorum Kalinowiecensium, ab altera Czaykowskie sita, in longum ad locum Poprzeczka eorundem. Deinde secundo in argula mea Ianovicensi³ curiali fundum dictum Żarnoscensium, sese oblique tendente ad fundum Reynerbergierowskie protendentem, in latum vero ab agris eorundem suburbanorum usque ad fossam alias rów, cum pratulis, situm et iacentem. Ac tertio in eadem argula mea Ianovicensi particulam agri, alias Niwkę, penes particularium publicum ad Stary Zamość⁴ situm metis et semitis rotundaliter in monticulo angulari distinctam et dislimitatam, una cum prato ex opposito eiusdem particula agri iacente, cum usu fructu omnique emolumento ex iisdem fundis et pratis habitis et habendis, erigo et applico, dono et assigno perpetuo et in aevum praedictae ecclesiae eiusque capellano canonice installato et installatis. Sed ut mea dotatio et erectio spiritualis recompensatione et gratitudine non careat, a me modernum praesentatum et praesentandum eiusque succedaneos capellanum et capellanos dictae ecclesiae ad duodecem missas absolvendas, id est quolibet mense unam missam absolvendam, de conscientia et stricta in Dei iudicio reddenda ratione obligo, ut intentionem meam meorumque successorum quoad vixero in memento vivorum, in memento vero mortuorum pro animabus successorum meorum suffragiis carentibus, absolvat et applicet. Et quoniam praedicta ecclesia sine debita dotatione et erectione ad hoc tempus existebat, cuius cura a Vbli Capitulo meo Zamoscensi committebatur uni ex vicariis rdo presbytero, tandem et literae praesentationis eisdem adm. rdis vicariis a Vbli Capitulo extradebatur, modo autem cum habeat suam dotationem et erectionem collatio et ius praesentandi personas ex utroque collegio idoneas et de ecclesia bene meritas, penes me et successores meos, ut primo fundatores, reliquo pro semper. Hanc igitur dotationem et erectionem ac in ea omnia et singula rata, firma in futurum pro me et successoribus meis promitto et spondeo; propter maius robur manu mea sigillum subscribo, petens illum loci ordinarium, quatenus erectionem approbare velit. Datum in re-

¹ *Tomasz Antoni Zamoyski, ordynat zamojski, starosta ploskirowski, wojew. lubelski (1744). Zmarł w 1751, W. Dworzaczek, dz.c., tabl. 135.*

² *Kalinowice Ordynackie, pow. Zamość, wojew. lubelskie.*

³ *Janowice Duze, pow. Zamość, wojew. lubelskie.*

⁴ *Stary Zamość, wieś, pow. Zamość, wojew. lubelskie.*

sidentia Zwierzyniecensi 13 mensis iulli anno 1737. Thomas Antonius Zamoyski.

Nr 86

Tomasz Antoni Zamoyski zezwala miastu Kraśnikowi na zaciągnięcie pożyczki.

Zwierzyniec, 6 VIII 1737.

Or. nie znany. (WAP Lublin. Nr 11. Acta Tribunal. Zamosc. k. 913 nn. brak tego dokumentu).

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 165. Testamenty osób duchownych s. 173, 193—194 (W transumpcie ks. Trębińskiego z 28 VI 1745).

Tomasz Antoni na Zamościu ordynat Zamoyski, płoskierowski etc. starosta¹. Wszem wobec i każdemu z osobna, komu o tym wiedzieć będzie należało, do wiadomości podaje, iż ponieważ miasto moje Kraśnik², do ordynacyjnej zamojskiej należące, tak przez różne przechody wojsk, jako i po kilka razy z dopuszczenia boskiego przez ognie przypadkowe podupadłe, zrujnowane, nawet i podatków Rzeczypospolitej uspokojenia sposobu mieć nie mogące, suplikuje do mnie, abym pozwolił zaciągnąć na wyderkaff sumy jakiej. Więc nakłoniwszy się do tej supliki, daję ten konsens, aby sobie sumę gdzie będą mieli na wyderkaff zaciągnęli, od której prowizyją kościelną płacić pozwalam. Ta zaś suma większa byź nie powinna tylko 3000 zł pol. Na co dzisiejszy konsens wydawszy i podpisawszy się, pieczęć przycisnąć kazałem. Datum w Zwierzyniecu³ die 6 augusti 1737. T.A. Zamoyski.

Nr 87

Maciej Pawołowicz zabezpiecza 3000 złp., zapisane przez ks. A. Szynglarowicza, na synagodze kraśnickiej.

Zamość, 7 VIII 1737.

Or. nie znany¹.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 165. Testamenty osób duchownych s. 173—174, 192—198 (W transumpcie ks. Trębińskiego z 28 VI 1745).

Actum in iudicio commissoriali arcis Zamoscensis feria 4 ipso die festi s. Caietani confessoris anno Domini 1737.

Przed sądem i aktami niniejszemi komisarskiemi zamku zamojskiego osobiście stanąwszy niewierny Elias Moszkowicz, Wolf Chemowicz, Szachna Moszkowicz, starsi synagogi kraśnickiej, swemi i pomienionego kahału swego kraśnickiego imionami (za których ratyhabicyją ręką i solennie zapisują się na wszystkich dobrach swoich ruchomych i nieruchomych) czyniący, zdrowi na ciałach i umysłach będący, jaśnie, jawnie, dobrowolnie i słowy zeznali i nieniejszą zeznają rekognicyją. Iż vigore consensus de verbo ad verbum tenoris sequentis:

¹ Tomasz Antoni Zamoyski, zob. dokum. nr 85 przyp. 1.

² Kraśnik, miasto powiatowe, wojew. lubelskie.

³ Zwierzyniec, wieś, pow. Zamość, wojew. lubelskie.

¹ WAP Lublin. Nr 11. Acta Tribunal. Zamosc. k. 913 nn. nie posiadają wpisu tego dokumentu.

(Następuje dokument T.A. Zamojskiego nr 86).

Na wielką potrzebę całej synagogi i kahału swego kraśnickiego rzetelnie, zupełnie i istotnie sumę zł pol. trzy tysiące, testamentem niegdy przewielebnego ks. Andrzeja Szynglarowicza, kanonika zamojskiego², na prebendę do kaplicy ś. Jana Kantego w kościele Kolegiaty Zamojskiej dysponowane, z rąk przewielebnych imc. Macieja Pawołowicza, świętej teologii doktora, scholastyka zamojskiego, proboszcza tarnogrodzkiego³ i Aleksandra Pilszeckiego, kanonika zamojskiego, Akademii Zamojskiej rektora⁴, egzekutorów niegdy wyżej przereczonego przewielebnego imc. ks. Szynglarowicza testamentalnych, na wieczny wyderkaff zaciągnęli, pożyczyli, wzięli, rzetelnie i zupełnie odliczyli, submitując się i obligując z[e] swemi suksessorami i cały kahał swój kraśnicki, teraz i na potym będący, od pomienionej sumy zł pol. 3000 wyderkaff czyli prowizyją, corocznie po zł 7 od sta złotych każdego, ad praesens do rąk przereczonych przewielebnych imc. egzekutorów tu do Zamościa przyjeżdżając, a potym constituendo prebendarza według osobliwej dyspozycyjej tychże imci egzekutorów pro suffragiis animae legantis et parentum eius dwiema ratami, to jest pierwszą ratą zł pol. 105, nazajutrz po święcie ŚŚ. Trzech Królów, drugą ratą tyleż, to jest zł pol. 105, nazajutrz po święcie ś. Jana Chrzciciela, począwszy od roku da Bóg przyszłego 1738 inclusive, annis sequentibus punktualnie oddawać i wypłacać póty, póki ta suma zł pol. 3000 na synagodze i kahałe swoim kraśnickim zostawać i z niego przez starszych i suksessorów swoich i cały kahał kraśnicki zniesiona nie będzie. Dla większego jednak tej sumy bezpieczeństwa też sumę zł pol. 3000 na wszelkich dobrach swoich ruchomych i nieruchomych, handlach, towarach, sumach pieniężnych, a w niedostatku tych na osobach swoich i całego kahału kraśnickiego, jeden za drugiego a wszyscy za jednego ręcząc, zapisują, asekurują, obligują, zhipotekują wolnej intromisyjej w dobra swoje, in casu którego roku nie oddania prowizyi czyli wyderkaffu tymże imc. egzekutorom i potym imc. ks. prebendarzowi dopuszczając, o co in casu contraventionis forum w sądach komisarskich zamku zamojskiego od odpowiadania ciz recognoscentes naznaczają sobie, hac sua personali compositione et recognitione praemissa omnia et singula mediante. Elias Moszkowicz, Wolf Chemowicz, Szachna Moszkowicz habraicis characteribus.

Nr 88

Zaprowadzenie Godzinek przy kolegiacie.

Skierbieszów, 22 I 1739.

Józef Eustachy Szembek, biskup chełmski, zatwierdza fundację Godzinek przy Kolegiacie Zamojskiej w kaplicy św. Mikołaja. Jej prepozytowi zastrzega

² Andrzej Szynglarowicz, sprowadzony z Krakowa w 1716/17 r., wykładał fizykę, wyprawę, teologię moralną, prawo kanoniczne na Akademii Zamojskiej. Był także prefektem Seminarium Zamojskiego, proboszczem w Potoku (1726), a nieco później w Sitańcu. Kanonikiem zamojskim fundi Chmielek został w 1730 r. Zmarł 28 II 1733. Wiadomość o profesorach s. 175.

³ Maciej Pawołowicz, zob. dokum. nr 57 przyp. 8.

⁴ Aleksander Franciszek Pilszecki, doktor filozofii, licencjat teologii, profesor logiki na Akademii Zamojskiej (1727), rektor seminarium w Krasnymstawie (do 1733), kanonik zamojski (1731), proboszcz w Wielączy, prepozyt przy kościele szpitalnym św. Katarzyny w Zamościu, profesor historii (1733), rektor Akademii Zamojskiej (1741). Zmarł 3 III 1742. Wiadomość o profesorach s. 52.

pierwsze miejsce przed prepozytem szpitalnym i seniorem kolegium wikariuszy.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 109. Dokum. or. pap. z podpisem własnoręcznym biskupa i jego pieczęcią, wyciśniętą na papierze przez wosk.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 109. Józef Szembek, biskup chełmski, zatwierdza Godzinka w kaplicy św. Mikołaja i eryguje prepozyturę szpitalną w 1739 s. 1 (Kopia współczesna).

Iosephus Eustachius comes de Słupow Szembek, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Chelmensis¹. Universis et singulis, quorum interest et intererit significamus. Quia nos viso et lecto suprascripto decreto, illud in omnibus suis punctis, praecipue quoad praecedentiam adm. rdi praepositi Cursus B.V. Mariae capellae s. Nicolai confessoris [et] pontificis Ecclesiae Insignis Collegiatae Zamoscensis approbavimus, et eundem adm. rdum praepositum Cursus Zamoscensis senium et praecedentiam ante adm. rdos praepositum hospitem et adm. rdum seniorem vicariorum Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, seu cum eorum singuli semper in latere dextro in stallo choralis et processionibus in eadem Ecclesia Collegiata habere, debere, autoritate nostra ordinaria declaravimus et declaramus per praesentes. In quorum ——. Datum in palatio nostro episcopali Skierbieszoviae die 22 mensis ianuarii anno Domini 1739. Iosephus episcopus.

№ 89

Zatwierdzenie legatu ks. Szynglarowicza.

Krasnystaw, 6 XI 1741.

Piotr Pulski, doktor teologii, archidiacon i oficjal generalny chełmski, na prośbę ks. F.A. Pilszeckiego, profesora oraz kanonika zamojskiego i egzекutora testamentu ks. Szynglarowicza, potwierdza legat testamentalny tegoż ks. Szynglarowicza w sumie 5000 złp. na fundację kanonii bł. Jana Kantego przy Kolegiacie Zamojskiej.

Czps. ADL A nr 128. Acta Consistorii Chelmensis R.D. Iosephi Eustachii Szembek, ep. Chelm. in annis 1739—1749 conscripta k. 118'—119; tytuł wpisu: Executor testamenti Szynglarowiczianj canonicatum fundari petit.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 165. Testamenty osób duchownych s. 174—175, 199—203 (W transumpcie z 28 VI 1745).

Anno Domini 1741 die vero lunae 6 mensis novembris. Coram perilli et rdo dno Petro Iosepho Pulski, S. Theol. doctore¹ — in eius publica causarum audientia comparens personaliter perillis et adm. rdus M. Franciscus Alexander Pilszecki, in Alma Universitate Zamoscensi S. Theol. professor, Insignis Collegiatae Zamoscensis canonicus, curatus Wielęcensis², uti et tanquam testamenti olim illustris Andreae Szynglarowicz, canonici Zamoscensi³ executor, pro erigendo canonicatu Cantiano in Ecclesia Collegiata Zamoscensi,

¹ Józef Eustachy Szembek, kanonik warmiński (ok. 1725), prałat kanclerz krakowski, opat wągrowiecki, biskup chełmski (1737—1752), a następnie plocki. Zmarł 1 IV 1758. W. Dworzaczek, dz. c., tabl. 158.

² Józef Pulski, doktor teologii, archidiacon i wikariusz generalny chełmski, proboszcz w St. Zamościu, występuje w aktach Konsystorza Chełmskiego z czasów biskupa J.E. Szembeka.

³ A.F. Pilszecki, zob. dokum. nr 87 przyp. 4.

⁴ A. Szynglarowicz, zob. dokum. nr 87 przyp. 2.

fundationis 5000 flor. polon. eiusdem illustris Szynglarowicz, vigore literarum cridae principalis actor, in termino hodierno ex actis et conservatione incidente, decretum approbationis testamenti suprascripti perillis Szynglarowicz et quietationis perillium executorum in iudiciis ordinariis olim excelmi et rdmi dni Ioannis Felicis in Szaniawy Szaniawski, episcopi Chelmensis, abbatis Wągrowecensis⁴, die et anno infra scriptis obtentum produxit, summamque legatam in varia debita multis intervenientibus ac interessatis erogata esse, intulit. Perillis et rdus dnus iudex suprascriptus sedens, viso et lecto decreto approbationis testamenti illustris olim Andreae Szynglarowicz, canonici Zamoscensis et quietatione partiali perillium executorum in anno Domini 1733 die lunae 15 mensis iunii Skierbieszoviae lato⁵; quo quidem decreto deducit et probatur fundationem canonicatus Cantiani, ob ratione summarum in debitis apud varias personas haerentium et non exsolutarum, suspensam esse. Proinde iudicium praesens non intrando tantisper in expensas de paratis perceptis calculationem perillibus executoribus de summis apud mgcos Grabiński, Leźniewski et Chodzyński, sive haerentibus sive iam ab iisdem repetitis, illustris olim Szynglarowicz propriis, item de doliis vini in testamento expressis, praevio iuramento iuxta formam ipsis praescribendam pro futuris iudiciis assignavit, et terminum comparandi conservavit, prout assignat et conservat, decreti sui praesentis vigore ad praemissa mediante. Praesentibus — —.

Nr 90

Sprawa erekcji kanonikatu św. Jana Kantego.

Krasnystaw, 9 II 1742.

Józef Eusachy Szembek, biskup chelmski, na interwencję ks. Józefa Słowakowicza, kanonika zamojskiego i kvestora Akademii Zamojskiej, zawiesza fundację kanonikatu bł. Jana Kantego przy Kolegiacie Zamojskiej, a czynsze 840 złp. od sumy 5000 złp., legowane przez ks. Szynglarowicza, poleca zwrócić kanonikom Fabiańskiemu i Chrostkiewiczowi, ci zaś winni je oddać Akademii Zamojskiej.

Or. ADL A nr 128. Acta Consistorii et Officii Generalis Chelmensis R.D. Josephi Eustachii Szembek, ep. Chelm., abbatis commendatarii Wągrowecensis in annis 1739—1749 conscripta k. 130'—132; tytuł wpisu: Erectio canonicatus Cantiani in Ecclesia Collegiata Zamoscensi petitur interveniente quaestore Academiae pro summa 840 florenorum.

Coram illmo et rdmo dno in eius publica causarum audientia comparens personaliter perillis et rdus Mathias Pawołowicz, S. Theol. doctor, decanus infulatus Zamoscensis, praepositus Szczębrzeszynensis¹, suo et illustris adm. rdi Alexandri Pilszecki, S. Theol. professoris, praepositi ecclesiae s. Catharinae in suburbio Zamoscensi² nomine, testamenti olim perillis Szynglarowicz, canonici Zamoscensis³, coexecutoris principalis actor, in termino ho-

⁴ J.F. Szaniawski, biskup chelmski, mianowany przez Augusta II biskupem wileńskim; nie przyjęty przez Litwinów, został sufraganiem we Lwowie, a następnie biskupem chelmskim. Zmarł w r. 1733.

⁵ ADL A nr 124. Acta iudicialia et episcopalia R.D. I.Fel. Szaniawski ep. Chelm. 1731—1733 k. 155—156'.

¹ Maciej Pawołowicz, zob. dokum. nr 57 przyp. 3.

² A.F. Pilszecki, zob. dokum. nr 87 przyp. 4.

³ Andrzej Szynglarowicz, zob. dokum. nr 87 przyp. 2.

dierno ex actis et conservatione in diem hodiernam incidenti, contumaciam omnium [k. 131] et singulorum sua ex adverso ius aut interesse, sive ad suprascriptum testatorem se habere putantium, aut praetendentium, dictis literis cridae citatorum, sese in quantum non comparentium, accusavit, in qua eorum contumaciam in causa occasione foundationis canonicatus Cantiani in Ecclesia Insignis Collegiatae Zamoscensis inter se actores et alias literis cridae citatos in iudiciis praesentibus mota et vertente, decretum definitivum ferri, seu alias latum in scriptis promulgari eoque mediante adhaerendo anteriori instantiae suae in summa flor. polon. 3 millium ex vi testamenti illustris Szynglarowicz provenientium, vicariatum in Ecclesiae Collegiata Zamoscensi fundari et erigi, dispositionemque eiusdem perilli decano, nunc et pro tempore existenti, praecommitteri atque praetensionem ad eandem summam per se actores habitas ex censu eiusdem summae extenuari mandari, de munere quoque executori alii perpetuo quietari, petiit et petierunt.

Interveniente perilli clarissimo et adm. rdo M. Iosepho Słowakowicz, S. Theol. professore, canonico Zamoscensi, Academiae quaestore⁴, nomine Universitatis Zamoscensis comparente et ut superiori in termino summam 840 flor. [k. 131'] polon. ex aerario academico inscia Universitate illustri olim Iacobo Chrostkiewicz, canonico Zamoscensi⁵, per manus perillis Pawołowicz suprascripti, tunc scholastici Zamoscensis, privata autoritate datorum, per eundem restitui petente. Ex adverso iidem actores, qui supra, ad interventionem suprascriptam responderunt, siquidem summam flor. 840, de qua res est, non tam de massa perillis olim Szynglarowicz, quam de proprio peculio moderni perillis actoris persolvenda, praetenditur. Perillis vero actor in hoc negotio terminum et actoratum se non habere dixit, proinde seorsivum actoratum parti intervenienti restitui mandari postulavit.

Illmus excelmus iudex suprascriptus sedens, et auditis praemissis partis actores instantiis et exaudita interventione clarissimi quaestoris Academiae Zamoscensis, eiusdem nomine comparentis, suspensa approbatione fundationis et erectionis canonicatus Cantiani, quantum ad interventionem Universitatis decrevit, quando quidem summam 840 flor. polon. in aerario academico pro interesse illustris Szynglarowicz repositam, illustri Chrostkiewicz pro privato commodo inscia Universitate [k. 132], perillis olim Andreas Fabiański⁶ et perillis Pawołowicz, pro tunc scholasticus, executor testamenti olim illustris Szynglarowicz titulo mutui, praevia submissione illmo Chrostkiewicz dederunt, idcirco Universitati eandem summam a perillis executoribus illustrium Szynglarowicz, Fabiański et Chrostkiewicz, vindicandam esse censuit et quatenus ipsi praedictam summam Universitati exsolvant et enumerant, mandavit, ad quem effectum mandatum executivum cum termino triginta dierum relaxavit et ex Cancellaria Iudicii sui extradi mandavit, praesente me notario actuario.

⁴ Józef Słowakowicz, doktor teologii i filozofii, profesor retoryki (1730), fizyki, teologii (1734), apologetyki (1739/42) i prawa polskiego (1743/45), kwestor Akademii Zamojskiej (1735), kanonik zamojski, proboszcz w Wilkołazie (1742). Zmarł 1 IV 1745. *Wiadomość o profesorach* s. 35.

⁵ Jakub Chrostkiewicz, doktor filozofii i obojga praw, profesor retoryki (1727) i prawa polskiego (1742), kwestor Akademii Zamojskiej. W r. 1742 przemógł się na Uniwersytet Krakowski. *Wiadomość o profesorach* s. 52.

⁶ Andrzej Fabiański, doktor filozofii, profesor analogii (1712) i logiki na Akademii Zamojskiej. W r. 1714 został kanonikiem zamojskim fundi Murzynowski, w r. 1719 — kustoszem, a następnie dziekanem i rektorem Akademii. Był też kanonikiem chełmskim i prepozytem w Turobinie. Zmarł 28 IV 1737. *Wiadomość o profesorach* s. 173.

Nr 91

Przywilej rokiety i mantoletu dla kapituły zamojskiej.

Rzym, 20 VIII 1742.

Pap. Benedykt XIV, na prośbę Tomasza Zamoyskiego, na mocy bulli Ad Apostolicae dignitatis, nadaje prałatom i kanonikom Kolegiaty Zamojskiej prawo noszenia rokiety i mantoletu koloru fioletowego w czasie uroczystych ceremonii kościelnych oraz funkcji publicznych i prywatnych. Wykonawcą bulli mianuje papież biskupów Włocławka, Przemyśla i Lwowa.

Or. AGAD, dokum. perg. 7057. J. łas. 83 × 55,5 + 7 cm, bulla otwierana na sznurze czerwonym, kilka podpisów nieczytelnych. Na odwrocie zapiski z XVIII—XX w.

Kop. 1. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 414. Acta capitulorum generalium. Vol. 2 (1711—1749) s. 215—218 (Wtg or. wpis z 1742 r.); tytuł wpisu: Illmus et excelmus dnus Thomas, haeres in Zamoście ordinatus Zamoyski — ex speciali gratia obtulit Vbli Capitulo Zamoscensi privilegium specificatum infra a Sancta Sede Apostolica benigne concessum et nobis impetratum; 2. Bibl. PAN Kraków. Sygn. 2387/I. Zbiór dokumentów XVII—XVIII w. k. 229—230.

Benedictus episcopus, servus servorum Dei¹. Ad perpetuam rei memoriam. Ad apostolicae dignitatis fastigium, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam evecti, circa statum ecclesiarum omnium et praesertim collegiatarum insignium, quarum nobis a Domino commissa est sollicitudo, ac dignitatum et canonicorum in eis Altissimo famulantium piis studiis intendimus, eorumque decori et honorificentiae paterna benignitate libenter consulimus, prout personarum et locorum qualitatibus, mature pensatis, consentaneum esse in Domino arbitramur. Sane pro parte dilecti filii Thomae ex comitibus Zamoyski² domini in temporalibus, ut accepimus, oppidi civitatis nuncupatae Zamoscie, totiusque illius principatus ordinationis nuncupatae, Chelmensis dioecesis, ac sicut etiam accepimus moderni unici patroni publicae Academiae ac saecularis et Insignis Collegiatae Ecclesiae Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi ac divi Thomae Apostoli praefati oppidi, nobis nuper exhibita petitio continebat, quoad alias dictis Academiae et Collegiatae Ecclesiae, ut ipsae omnibus et singulis privilegiis et praerogativis, quibus tunc Universitas Studiorum Cracoviensis gaudebat, gaudere possent et valerent a felicitis recordationis pp. Clementis VIII, praedecessore nostro concessum fuit³, quae quidem concessa postmodum a pia memoriae Paulo pp. V, etiam praedecessore nostro, cum ampliacione privilegiorum et exemptione in aliquibus a iurisdictione ordinaria confirmata et approbata remansit⁴. Subinde vero cum dicta Collegiata Ecclesia Deo dante ampliata reperiretur et in ea praeter decanatum, inibi dignitatem principalem existentem, aliae tres dignitates nempe custodia, scholasteria et cancellariatus, nec non duodecem canonicatus totidemque praebendae et duodecem capellaniae existerent, tunc existenti decano dictae Collegiatae Ecclesiae et ipse, eiusque in dicto decanatu successores, mitra et pontificalibus aliisque privilegiis et praerogativis, uti possent et valerent apostolica autoritate commissum et indultum fuit, alias vero dignitates et canonicatus et praebendas

¹ Benedykt XIV papież rządził Kościołem w latach 1740—1758.

² Tomasz Antoni Zamoyski, zob. dokum. nr 85 przyp. 1.

³ Dokument z 23 X 1594 przedrukował w wyjątkach A. Wadowski (Wiadomość o profesorach s. 91).

⁴ Zob. dokum. nr 18.

praefatas, pro tempore existentes, mantollettum violacei coloris in dicto oppido tantum deferre et gestare ceperunt.

Cum autem sicut eadem petitio subiungebat de indulto usus mantolletti huiusmodi apostolica auctoritate praefata concessa non constat, dictusque Thomas, cui valde interest, quod custodiam ac scholasteriam et cancellarium, nec non dictos duodecem canonicatus et praebendas, pro tempore existentes, nullo umquam tempore super gestionem ac delationem mantolletti huiusmodi molestari valeant, quodque divinus actus magis magisque in dicta Collegiata Ecclesia augeatur, eiusdemque Collegiatae Ecclesiae decor promoveatur, plurimum accipiat, dilectis etiam filiis modernis, ac pro tempore existentibus, dictae Collegiatae Ecclesiae custodi ac scholastico et cancellario, nec non duodecem canonicis praefatis per nos et Sedem Apostolicam benigne, ut infra provideri. Quare pro parte dicti Thomae nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dictae Collegiatae Ecclesiae decori divinisque cultus in ea augmento in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, cui ad ea, quae ad ecclesiarum quarumlibet, et praesertim collegiatarum insignium illarumque dignitatum et canonicorum, decorem et venustatem magis tandem dignoscuntur procuranda toto animo incumbimus, ac iustis ac honestis petentium votis libenter annuimus, praefatum Thomam ac eiusdem Collegiatae Ecclesiae, nunc et pro tempore existentes, custodem ac scholasticum et cancellarium, nec non duodecim dictae Collegiatae Ecclesiae canonicos praefatos, speciali gratiae favore prosequi volentes, ipsosque et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure, vel homine, quaevis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes; huiusmodi supplicationibus inclinati eisdem modernis custodi et scholastico ac cancellario, nec non duodecim dictae Collegiatae Ecclesiae canonicis praefatis, eorumque in custodia et scholasteria ac cancellariatu, nec non duodecem canonicatus et praebendis praefatis successoribus, pro tempore existentibus, ut ipsi de cetero perpetuis futuris temporibus mantollettum huiusmodi cum rochetto, tam in dicta Collegiata Ecclesia quam extra eam, etiam in processionibus et funeralibus, aliisque actibus capitularibus et functionibus publicis et privatis, quibuscunque ac etiam extra edictum oppidum et in eius suburbiis et quoad canonicos scientiarum professores seu praeceptores etiam in publica Academia, ac alias ubicunque, quandocunque et quotiescunque opus fuerit, ac etiam in synodalibus provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, ac etiam in praesentia Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, etiam de latere legatorum, archiepiscoporum et episcoporum, ac ordinarii etiam proprii et aliorum quorumcunque, quibusvis anni temporibus et diebus et iuxta temporum opportunitatem deferre et gestare, iisque uti libere et licite possint et valeant, eadem apostolica auctoritate perpetuo concedimus, indulgemus. Ipsosque modernos dictae Collegiatae Ecclesiae custodem, ac scholasticum et cancellarium, nec non canonicos eorumque successorem praefatos super eisdem praemissis a quocunque, quavis auctoritate et quovis praetextu, colore, vel ingenio molestari, inquietari, vel perturbari nullatenus unquam posse, neque debere, sicque et non alias per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praefatae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos et Sedis

Apostolicae nuntiis, iudicari et definiri debere et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Et insuper, quatenus opus sit, pro praemissorum omnium observatione vblibus fratribus nostris modernis et pro tempore existentibus Cuiaviensi, Leopoliensi et Premisliensi episcopis per praesentes committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium seu alios, easdem praesentes et in eis contenta quacunque, ubi et quocumque opus fuerit et quoties pro parte custodis ac scholastici et cancellarii, nec non duodecem canonicorum dictae Collegiatae Ecclesiae fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant, auctoritate nostra ipsas praesentes et in eis contenta huiusmodi ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit, in futurum inviolabiliter observari, ac custodem et scholasticum ac cancellarium, nec non duodecem canonicos praefatos eorumque successores illis pacifice frui et gaudere, non permittentes quempiam ex eis desuper a quopiam quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet et rebelles per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis, processibus, sententias, censuras et poenas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando et reaggravando, servata tamen forma Concilii Tridentini, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachi saecularis, non obstantibus recolendae memoriae Bonifacii pp. VIII⁵, similiter praedecessoris nostri, in qua cavetur expresse, ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi certis tunc expressis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a Sede Apostolica praefata deputati contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis sunt vices committere, audeant seu praesument et in Concilio generali Lateranensi⁶ edita de duabus dietis, dummodo tamen ultra his dictas aliquis vigore earundem praesentium ad iudicium non trahatur, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus et aliis conciliis praefatis editis vel edendis, specialibus et generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, dictaeque Collegiatae Ecclesiae etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis eidem Collegiatae Ecclesiae illiusque decano, capitulo et canonicis aliisque quibusvis superioribus et personis in contrarium praemissorum, forsitan quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis etiam de illis eorumque totis tenoribus specialibus specifica et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia aliqua etiam exquisita forma, ad hoc servando foret, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, latissime et plenissime ac specialiter et expressa hac vice duntaxat derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, indulti, decreti, commissionis, mandati et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius senciens incursum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno

⁵ *Bonifacy VIII papież rządził Kościołem w latach 1294—1303.*

⁶ *Sobór Laterański V zwołał w 1512 r. pap. Juliusz II, zakończył go pap. Leon X w 1517 r.*

Incarnationis Dominicæ 1742, tertio decimo kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo.

Nr 92

Dalsze przywileje papieskie dla Kapituły Zamojskiej.

Rzym, 12 I 1743

Pap. Benedykt XIV, na prośbę Tomasza Zamojskiego, na mocy bulli Romanus Pontifex, kasuje przywileje, nadane Kapitułe Zamojskiej w bulli z 20 VIII 1742, oraz udziela tejże kapitule nowych przywilejów. Dziekanowi, obok prawa używania insygniów biskupich, nadaje przywilej noszenia mucetu i mantoletu koloru fioletowego oraz małego krzyża pectoralnego na wzór insygniów prepozyta kolegiaty w Żółkwi. Pozostałym prałatom i kanonikom zezwala na noszenie rakiety, mantoletu i mucetu koloru czarnego. Wykonanie bulli zleca papież biskupom Włocławka, Lwowa i Przemyśla.

Or. nie znany.

Kop. 1. ADL A nr 128. *Acta Consistorii et Officii Generalis Chelmensis R.D. Josephi Eustachii Szembek, ep. Chelm. abbatis perpetui commendatarii Wągrowcensis in annis 1739—1749 conscripta k. 159—160'* (Włg or. wpis z dnia 29 IV 1743, dokonany przez ks. J. Łysakowskiego, kanonika zamojskiego); tytuł wpisu: Admissio gratiarum Capitulo Zamoscensi servientium; 2. Nr I-158. *Decreta reformationum 1750—1751 s. 1705—1710; 3. Nr I-171. Protocolum actorum Curiae Episcopalis stante regimine R.D. Adalberti Leszczyc Skarszewski, ep. Lubl. ex annis 1803—1821 s. 751—756* (Kopia nosi datę 4 Idus ianuarii 1743); 4. *Bibl. PAN Kraków, Sygn. 2381/I. Documenta ad civitatem 1580—1782 s. 140—146; 5. Sygn. 2387/I. Zbiór dokumentów z XVI—XVIII w. k. 224—226* (Kopie 2—5 wlg transumptu bpa W.H. Sierakowskiego z 20 III 1743).

Benedictus episcopus, servus servorum Dei¹. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex, quem Dominus eius miseratione divina in terris christianae reipublicae principem constituit, es sedulo non desinit, per quae divini cultus augmentum et ecclesiarum decus ac personarum ecclesiasticarum honorificentia atque pax et tranquillitas procurantur, et ut remotis quibuscunque iurgiorum, litium anfractibus, magis magisque in dies servitium Altissimi augeatur et honor Dei elucescat, remedia adhibet opportuna, prout in eodem Domino conspicit expedire. Alias siquidem pro parte dilecti filii Thomae ex comitibus Zamoyski², domini in temporalibus oppidi civitatis nuncupati Zamoscie totiusque illius principatus ordinationis nuncupati, dioecesis Chelmenensis, ac moderni unici patroni publicae Academiae ac saecularis et Insignis Collegiatae Ecclesiae Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi et divi Thomae Apostoli a suis maioribus fundatarum exposito, quod etiam alias dictis Academiae et Collegiatae Ecclesiae a felicitis recordationis Clemente papae VIII³, praedecessore nostro, omnia et singula privilegia omnesque et singulae praerogativae, quibus Universitas Studiorum Cracoviensis fruebatur concessa et concessae fuerant et subinde privilegia et praerogativae huiusmodi cum illorum ampliatione et exemptione eiusdem Collegiatae Ecclesiae in aliquibus a iurisdictione ordinaria a pia memoriae Paulo papa V, etiam praedecessore nostro, approbata et approbatae extiterant⁴, quodque postmodum ex

¹ Benedykt XIV pap., zob. dokum. nr 92 przyp. 1.

² Tomasz Antoni Zamoyski, zob. dokum. nr 85 przyp. 1.

³ Zob. dokum. nr 4 i 5.

⁴ Zob. dokum. nr 18.

eo, quod dicta Collegiata Ecclesia honorifice a tribus dignitatibus, praeter decanatum inibi dignitatem principalem, existentibus obtinent, nempe custode, scholastico et cancellario ac duodecim canonicis totidemque capellanis deservita erat. Tunc existens decanus, ut ipse eiusque in dictae Collegiatae Ecclesiae decanatu successores mitra et pontificalibus aliisque privilegiis et praerogativis uti possent et valerent, a Sede Apostolica facultatem obtinuerat, alias vero dignitates, nempe custodiam, scholasteriam et cancellariatum, nec non duodecim canonicatus totidemque praebendae, pro tempore obtinentes, mantoletta violacei coloris sine tamen indulto apostolico uti caeperant.

Nos supplicationibus nobis tunc desuper pro parte dicti Thomae sub die 20 mensis augusti proxime praeteriti humiliter porrectis inclinati, dictas custodiam et scholasteriam et cancellariatum praefatum, nec non dictos canonicatus et praebendas, tunc et pro tempore obtinentibus, ut ipsi ex tunc deinceps in quibuscunque functionibus ecclesiasticis, tam intra quam extra dictam Ecclesiam Collegiatam dictumque oppidum et in eius suburbiis, quotiescunque et quodcumque opus fuisset, et iuxta temporum opportunitatem etiam in quibusvis conciliis et cuiusvis praesentia et in quibuscunque anni temporibus, et quoad canonicos scientiarum professores sive praeceptores etiam in publica Academia praefata mantoletta violacei coloris cum rocchetto uti libere et licite possent et valerent, apostolica autoritate concessimus et indulgimus, prout in literis apostolicis desuper expeditis plenius continentur⁵. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte eiusdem Thomae petito continebat, praefatae Ecclesiae Collegiatae dignitates, dicto decanatu excepto, duae tantum extant, nempe custodia et scholasteria, et tam qui illas quam canonicatus et praebendas praefatas obtinuerant et nunc obtinebant mantoletta tantum nigri coloris uti caeperant, ne propterea concessio et indultum huiusmodi inanis et inane et litium causa reddantur, neve custodiam ac scholasteriam praefatos dictosque canonicatus et praebendas, nunc et pro tempore obtinentes, ullo unquam tempore super gestationem mantoletta huiusmodi possint a quoquam quovis praetextu molestari, ac pro maiori eiusdem Collegiatae Ecclesiae quiete et decore idem Thomas plurimum cupiat, ut per nos et Sedem Apostolicam sibi uti infra de novo benigne indulgeri et provideri. Quare pro parte eiusdem Thomae nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus pio eius desiderio dictae Collegiatae Ecclesiae quieti et decori huiusmodi ad divinum cultus in ea augmentum in praemissis opportune provideri de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui iusta petentium vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus et divini cultus augmentum et quarumlibet, praesertim collegiatarum ecclesiarum decorem, nec non personarum ecclesiasticarum honorificentiam ac pacem et tranquillitatem inter eas paternis et sinceris desideramus affectibus, eosdem decanum et custodem ac scholasticum, nec non duodecim canonicos praefatos specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, nec non eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis et suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et poenis a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium, tantum consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati eidem decano eiusque in dicto decanatu successoribus, pro tempore existentibus, ut isti praeter mitram aliaque pontificalia, quibus ut praefertur utuntur, rocchetum ac vestem mozet-

⁵ *Zob. dokum. nr 92.*

tam et mantolettum violacei coloris et parvam crucem supra pectus ubique locorum et quibusvis anni temporibus, ad instar aliorum abbatum illarum partium portentur, et praesertim abbatis etiam saecularis et Insignis Collegiatae Ecclesiae oppidi civitatis forsitan nuncupati Zulchoviensis⁶ Leopoliensis dioecesis. Custodi vero ac scholastico, nec non duodecim canonicis praefatis, ut etiam ipsi eorumque in dictis custodia et scholasteria ac duodecim canonicatibus totidemque praebendis praefatis, respective successores pro tempore existentes, rochettum cum mantoletta et mozetta tantum nigri coloris, in quibuscunque functionibus, processionibus, funeralibus aliisque actibus capitularibus publicis et privatis, tam in primodicta Collegiata Ecclesia et in primodicto oppido, quam extra illud et in eius suburbiis, et quoad canonicos scientiarum professores seu praeceptores etiam in publica Academia ac alias quandocunque vel quoviscunque opus fuerit, ac etiam in synodalibus provincialibus, generalibus universalibusque conciliis ac etiam in praesentia Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, etiam de latere legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, quorumlibet ac ordinarii etiam proprii, cuiusvis licentia desuper minime requisita, etiam quibusvis anni temporibus et diebus et iuxta temporum opportunitatem deferre et gestare, illisque respective uti libere et licite possint et valeant eadem apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus et indulgemus, ipsosque modernos primodictae Collegiatae Ecclesiae decanum ac custodem et scholasticum, nec non canonicos eorumque respective successores praefatos super eisdem praemissis a quocunque quavis auctoritate et quovis praetextu, colore vel ingenio molestari, inquietari vel perturbari nullatenus unquam posse, neque debere sicque et non alias per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores ac eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos et Sedis Apostolicae nuntios et alios quocunque quovis auctoritate suffultos et quavis dignitate fulgentes vel auctoritate fungentes, iudicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam et quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Et insuper quatenus opus sit pro praemissorum omnium observatione vblibus fratribus nostris modernis et pro tempore exsistentes Cuiavensi, Leopolitano et Premisliensi episcopis per praesentes committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium seu alios eosdem praesentes, et in eis contenta quaecunque ubi et quandocunque opus fuerit et quoties pro parte decani et custodis et scholastici, nec non duodecim canonicorum primodictae Collegiatae Ecclesiae fuerint requisiti, solemniter publicantes et in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant, auctoritate nostra ipsas praesentes et in eis contenta huiusmodi ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat et pro tempore quomodolibet specabit in futurum inviolabiliter observari, ac decanum, custodem et scholasticum, nec non duodecim canonicos praefatos, eorumque respective successores, illis pacifice frui et gaudere, non permittentes quempiam ex eis desuper a quoquam quomodolibet debite molestari, contradictores quoslibet et rebelles per sententias, censuras vel poenas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras et poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando et reaggravando, servata tamen forma Concilii

⁶ Zólkiew, miasto, dawniej powiatowe w wojew. lwowskim, obecnie w obwodzie lwow-

Tridentini, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, non obstantibus recolendae memoriae Bonifacii papae VIII⁷, etiam praecessoris nostri, in qua cavetur expresse, ne quis extra suam civitatem et dioecesim, nisi in certis tunc expressis casibus et in illis ultra unam dietam a fine suae dioecesi ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede praefata deputati contra quoscumque procedere, ut alii vel aliis suas vices committere audeant seu praesumant, et in Concilio generali Lateranensi de duobus dietis, dummodo tamen ultra tres dietas aliquis, vigore earundem praesentium, ad iudicium non trahetur, a quobusvis aliis etiam in synodalibus, aliis conciliis praefatis editis, vel edendis, specialibus vel generalibus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis primodictae Collegiatae Ecclesiae, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis primodictae Collegiatae Ecclesiae illiusque decano, capitulo et canonicis praefatis aliisque quibusvis superioribus et personis in contrarium praemissorum, forsitan quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialibus, specifica expressa et individua et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quovis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, ad eorum praemissorum effectum latissime et plenissime ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide, hac vice duntaxat derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, undulti, decreti, commissionis, mandati et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverint incursum. Datum Romae apud sanctam Mariam Maiorem anno incarnationis 1742 quarto idus ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.

Nr 93

Fundacja na rzecz kapeli kolegiackiej.

Zamość, 22 IV 1743.

Maciej Pawołowicz, dziekan infułat zamojski, zapisuje 10000 zł pol. na kapelę przy Kolegiacie Zamojskiej; sumę tę zabezpiecza na dobrach Romanów i na synagodze zamojskiej.

Czps. WAP Lublin, Zesp. Kap. Zam. Nr 414. *Acta capitulorum generalium. Vol. 2 (1711—1749) s. 222; tytuł wpisu: Capella musica.*

Rdmus dnus Mathias Pawołowicz, UID praesentis capituli praesidens, decanus infulatus¹ sponte, libere, viva voce in praesentia omnium et singulorum de sua gratia larga manu pro capella musica in bonis Romanów² et super synagogam Zamoscensem perpetuis temporibus inscripsit summam flor. 10 millium, cui solennes gratiae actae sunt et in perennem memoriam actis praesentibus inscriptae. Sed cum decens musica ampliorem requirit censum,

skim na Ukrainie Radzieckiej.

¹ Bonifacy VIII papież, zob. dokum. nr 92 przyp. 5.

¹ Maciej Pawołowicz, zob. dokum. nr 57 przyp. 8.

² Romanów, wieś, pow. Krasnystaw, wojew. lubelskie. Zapis wciągnięto do ksiąg grodzkich betskich, tych zaś nie posiada WAP Lublin.

aliis etiam dominis praelatis et canonicis campus munificentiae et incrementi gloriae Dei relictus est.

Nr 94

Jan Paweł Zelski zaświadcza o zaciągnięciu długu.

Zamość, 24 VI 1745.

Or. nie znany.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 165. *Testamenty osób duchownych* s. 176, 203—205 (W transumpcie ks. Trębińskiego z 28 VI 1845).

Niżej wyrażony zeznaje tym skryptem moim do rąk wielbnego imc. x. Baltazara Dulewskiego, kanonika zamojskiego¹ danymi, iż ja na pilną potrzebę moją zaciągnąłem długu u pomienionego wielbnego imc. x. Dulewskiego sumy zł pol. 2500 currentis in Regno monetae aequi et iusti ponderis, której sumy bezpieczeństwo na dobrach moich w sumach wszelkich kapitałnych zapisuję, od onej prowizyją zapłacić roczną per 7 a centum i też sumę 2500 złp. za rok jeden, to jest anno Domini 1746 na dzień i święto ś. Jana Chrzciciela oddać i rzetelnie wyliczyć, una cum provisione in eadem specie et pondere do rąk imc. x. Dulewskiego, kanonika za uwiadomieniem mię przed cztery niedziel sub vadio i tę kartę jako najprędzej in actis castrensibus Crasnostaviensibus roborować deklaruję. In casu zaś nie oddania tej sumy na czas oznaczony, forum ubiquinarium do odpowiadania naznaczam. Na co dla lepszej wiary ręką moją własną przy przyciśnięciu pieczęci podpisuję się. Datum 24 iunii 1745. Actum w Zamościu. J.P. Zelski, podkom. wendeński².

Nr 95

Erekcja kanonikatu fundi Cantiani.

Krasnystaw, 28 VI 1745.

Jan Aleksander Trębiński, oficjał generalny chełmski, na prośbę Kapituły Zamojskiej, zatwierdza fundację kanonikatu prokuratorskiego bł. Jana Kantego przy Kolegiacie Zamojskiej. Prawo prezenty i patronatu przysądza Kapitulie Zamojskiej. Do obowiązków kanonika będzie należało odprawienie 2 mszy św. w tygodniu za fundatorów oraz pełnienie obowiązków prokuratora kapituły.

Or. nie znany.

Kop. 1. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 165. *Testamenty osób duchownych* s. 170—179, 180—213 (Kopie z XVIII w.); **2.** ADL A nr 128. *Acta Consistorii Generalis Chelmensis R.D. Josephi Eustachii Szembek, ep. Chelm. in annis 1739—1749 conscripta* k. 247 pod datą 28 VI 1745; wpis: Erectio canonicatus Cantiani (dokumentu brak).

¹ Baltazar Dulewski, doktor filozofii i teologii oraz obojga praw, profesor poetyki (1739), logiki (1741), fizyki (1742) i teologii (1747/57) na Akademii Zamojskiej. W r. 1742 został kanonikiem zamojskim a następnie chełmskim (1753). Od r. 1768 był scholastykiem, zaś od 1775 koadiutorem dziekana infułata zamojskiego. Piastował kilka razy urząd dziekana i rektora tejże akademii. Dożył kasaty (1784) i wskrzeszona (1792) kapituła zamojskiej. Zmarł w Tarnogradzie 17 VII 1796. Ogłosił drukiem 5 prac. B. Horodyski: *Dulewski Baltazar*. W: Pol. słow. biogr. T. 5 s. 454.

² Jan Zelski, h. Ogończyk, podkomorzy wendeński, komendant twierdzy Zamość. K. Nieściecki, dz. c., t. 10 s. 154.

In nomine Domini amen. Ioannes Alexander a Trębin Trębiński¹ ——. Ad perpetuam rei memoriam. Cunctis pateat evidenter et sit notum, quomodo Vble Capitulum Zamoscense zelo pietatis et augendi decoris domus Dei studio accensum, coram nobis pro tribunali sedentibus per suum legitimum et specialem procuratorem comparuit in termino hodierno, videlicet 28 iunii anni presentis 1745, ex literis cridae, debite ut a tergo earundem apparebat executis, proveniente in diem hodiernam legitime incidenti, contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso ius aliquod, aut interesse ad infrascriptam fundationem et dotationem se habere putantium aut praetendentium, dictis literis cridae citatorum et non per se, nec per quempiam legitimum procuratorem aut mandatarium comparentium, accusavit, inque eorum contumaciam productis inscriptionibus, cessionibus, obligationibus authenticis hydrographis pro summis infra specificandis, una cum censu annuo reemptionali in rem, fundationem et erectionem canonicatus procuratorialis Cantiani dicti intra Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem canonicumque constituendum et salariandum officiose ac in forma iuris, factis et effectuat. Quorum documentorum et quidem inscriptionis summae 7000 flor. polon. super bonis Przemysłów², in palatinatu Belsensi sitis, tenor sequitur estque talis:

(Następuje dokument nr 72).

Ex actis capitanealibus Belsensibus depromptum. Correxist Chodakowski, legit Stroszewski.

(Następuje dokument Macieja Pawłowicza nr 87).

Ex protocollo actorum iudicii commissarialis arcis Zamoscensis extractum et extraditum. Martinus Faruchowicz, Phiae laud., sacra autoritate apostolica publicus et actualis praesentis notarius.

(Następuje dokument nr 90).

Ex actis actorum Consistorii Generalis Chelmensis extractum et sigillo illmi excelmi et rdmi dni Iosephi Eustachii comitis in Słupow Szembek Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopi Chelmensis, abbatis Wągrovecensis communitum. Michael Dunczewski, Phiae doctor —— notarius.

(Następuje dokument Jana Pawła Zelskiego nr 94).

In castro Crasnostaviensi feria 2 post festum s. Martini pontificis proxima anno Domini 1745 scripti introcontenti per mgcum Zelski, succamerarium Vendensem, subsecuta est roboratio.

(Następuje dokument nr 96).

Suprascriptas summas una cum censu annuo reemptionali confirmari, ratificari, immunitati ecclesiasticae incorporari et inviscerari ac in eiusdem canonicatum procuratoriale Cantianum dictum in Ecclesia Collegiata Zamoscensi erigi, erectum approbari, ius patronatus ad praesentandam personam nonnisi ex professoribus in Alma Universitate Zamoscensi actu laborantibus, habilem et idoneam sibi Capitulo Zamoscensi, ad praesens per suum procura-

¹ Jan Aleksander Trębiński, doktor obojga praw, prepozyt kapituły chełmskiej, oficjał i wikariusz generalny chełmski, kanonik lwowski, archidiakon lubelski, profesor prawa kościelnego (1747) i rektor Akademii Zamojskiej (1749), dziekan infułat kapituły zamojskiej (1750), dwukrotny administrator diecezji chełmskiej (1753, 1765). Zmarł 19 XII 1796. Wiadomość o profesorach s. 58 n.

² Przemysłów, zob. dokum. nr 72 przyp. 11.

torem comparenti, plenum dari et concedi, censum vero a suprascriptis summis flor. 10 millium provenientes ita disponi, ut dictus canonicus procurator flor. 300 pro absolvendis qualibet septimana missis duabus, una pro anima Andreae Szynglarowicz³, altera pro anima Andreae Fabiański⁴, sacerdotum ad altare b. Ioannis Cantii pro posse; flor. autem 200 pro munere procuratoriali habeat; ex reliquis vero florenis 200, centum pro decore capellae beati Ioannis Cantii, centum pro iuribus tuendis Collegiatae Zamoscensis convertenda, ita tamen, ut si dictum censum flor. 700 vel ob temporum calamitatem, vel ob expensas viales pro reparatione eiusmodi census quotannis infalibilter faciendas, vel ob expensas in litem, aut alio quocunque modo, non integrum recepi contigerit, portio nihilominus canonicum procuratorem concernens, nempe flor. 500, integre et ad solidum sine ulla diminutione aut detruncatione computatis, etiam in eam (si forte aliquando non plusquam 500 floreni percepti fuerint), ad decorem capellae assignatis, dicto canonico procuratori quotannis cedat, debita ad instantias postulavit.

Nos itaque officialis generalis Chelmenensis, Christi Domini nomine invocato, visis literis cridae, debite executis, in diem hodiernam legitime incidentis, omnes et singulos dictis literis cridae citatos et non comparentes, contumaces reputavimus et in eorum contumaciam lectis inscriptionibus, cessionibus, obligationibus officiosis et authenticis hyrographis, supra insertis, pro summa in solidum 10 millium flor. polon. originalium in censum perpetuum reemptionalem pro fundatione, dotatione et erectione canonicatus Cantiani procuratorialis in Ecclesia Collegiata Zamoscensi cautorum et assecuratorum, cupientes decoris domus Dei in dies magis ac magis fieri incrementum, in subsidium dictae Ecclesiae Collegiatae et suffragium animarum, summas praefatas iuri ecclesiastico et immunitati spirituali perpetuis temporibus addiximus, approbavimus, roburque auctoritatis ordinariae pariter et decretum desuper apposuimus, canonicatum Cantianum procuratoriale in Ecclesia Collegiata Zamoscensi ereximus, censum a praefatis summis proveniente et iuxta inscriptiones, obligationes et assecurationes disponendum futuris canonicis successive existentibus percipere concessimus. Cumque ita disposuimus, ut dictus canonicus procurator pro absolvendis qualibet septimana missis duabus, una pro anima Andreae Szynglarowicz, altera pro anima Andreae Fabiański, sacerdotum ad altare beati Ioannis Cantii pro posse absolvendis florenos 300, pro munere vero procuratoriali florenos 200 habeat, 100 pro decore capellae beati Ioannis Cantii, 100 pro iuribus tuendis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensi convertat, ita tamen, ut si dictum censum florenos 700 vel ob temporum calamitatem, vel ob expensas viales pro repetitione eiusmodi census quotannis infalibilter faciendas, vel ob expensas in litem, aut alio quocunque modo, non integrum recipi contigerit, portio nihilominus canonicum procuratorem concernens, videlicet floreni 500, integre et ad solidum sine ulla diminutione aut detruncatione, computatis etiam in eam (si forte aliquando non plusquam 500 floreni percepti fuerint), reliquis pro iuribus et decore capellae assignatis, floreni 200 dicti canonico procuratori quotannis cedati. Ius patronatus ad praesentandam personam, nonnisi ex professoribus in Alma Universitate Zamoscensi actu laborantibus, habilem et idoneam Vbli Capitulo Zamoscensi plenum, dedimus, concessimus et reliquimus, prout damus, concedimus et relinquimus decreto praesenti ad praemissa omnia me-

³ Andrzej Szynglarowicz, zob. dokum. nr 87 przyp. 2.

⁴ Andrzej Fabiański, zob. dokum. nr 72 przyp. 1.

diante. In quorum fidem ——. Actum et datum Crasnostaviae die 28 mensis iunii anno Domini 1745.

Nr 96

Urząd Grodzki w Krasnymstawie potwierdza, że Jan Zelski zaciągnął dług u ks. B. Dulewskiego.

Krasnystaw, 15 XI 1745.

*Or. nie znany*¹.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 165. *Testamenty osób duchownych s. 176—177, 205—207 (W transumpcie ks. Trębińskiego z 28 VI 1745).*

Actum in castro Crasnostaviensi feria 2 post festum s. Martini pontificis proxima anno Domini 1745. Mgcus Ioannes Paulus (binominis) Zelski, succamerarius Vendensis², sanus etc. recedendo etc. recognovit. Quia ipse scriptum certum manuale, de data illius in civitate Zamość die 24 mensis iunii anno ad praesens currenti 1745, ratione certarum rerum et conditionum confectum et conscriptum manu sui recognoscentis propria subscriptum, vadio 2500 flor. polon. firmatum in omnibus eiusdem scripti conditionibus, punctis, clausulis, articulis etc. in rem et personam perilli et adm. rdi Baltasari Dulewski, canonici Collegiatae Zamoscensis³ et eius successorum roborat, approbat, confirmat et ratificat etc. lexque sub vadio summae similis, aliorum videlicet 2500 flor. polon. etc. pro quo forum ubiquinarium ad respondendum assignat.

Nr 97

Erekcja kościoła św. Katarzyny w Zamościu.

Krasnystaw, 16 VII 1749.

Jan Aleksander Trębiński, oficjał generalny chełmski, zatwierdza fundację T.A. Zamoyskiego i eryguje kapelanię przy kościele św. Katarzyny w Zamościu. Prawa prezenty i patronatu przysądza Zamoyskim.

Czps. ADL A nr 128. *Acta Consistorii et Officii Generalis Chelmensis R.D. Josephi Eustachii Szembek, ep. Chelm. in annis 1739—1749 conscripta k. 471—473; tytuł wpisu: Erektionis ecclesiae s. Catharinae in suburbio Zamoscensis approbatio.*

Coram perilli er rdmno dno Ioanne Alexandro e Tręblin Trębiński¹ — in eius publica causarum audientia comparens personaliter perillis et adm. rdus Balthasar Dulewski, S. Theol. professor, canonicus Zamoscensis, ecclesiae s. Catharinae in suburbio Zamoscensi praepositus², in termino hodierno ex literis cridae debite executis provenienti, contumaciam omnium et singulorum dictis literis cridae citatorum et non comparentium [k. 471'] accusavit, in quorum contumaciam exhibito ecclesiae suae praepositoralis s. Catharinae v. et m. in suburbio Zamoscensi sitae erectionis instrumento tenoris sequentis:

¹ WAP Lublin. Nr 56. *Castr. Crasnostav. Relat. (1708—1747) — nie ma dokumentów za rok 1745.*

² Jan Zelski, zob. dokum. nr 94 przyp. 2.

³ Baltazar Dulewski, zob. dokum. nr 94 przyp. 1.

¹ Jan Aleksander Trębiński, zob. dokum. nr 95 przyp. 1.

² Baltazar Dulewski, zob. dokum. nr 94 przyp. 1.

(Następuje dokument nr 85).

Ipsam in omnibus punctis, clausulis et articulis approbari, ratificari, robur autoritatis ordinariae pariter et decretum desuper apponi petiit et postulavit.

[k. 473] Perillis et rdmus officialis generalis suprascriptus sedens et visis literis et lectis et visa et lecta sibi facta erectione, attentoque termino diei hodiernae, ipsam in omnibus punctis, clausulis articulisque ligamentis approbavit, roburque autoritatis ordinariae et decretum apposuit, agros, campos prataque supra specificas et specificata, iuri et immunitati ecclesiasticae adscripsit et incorporavit perpetuo et in aevum. Ius praesentandi praepositos ad dictam ecclesiam illmo et excelmo Ordinato et suis succedaneis ordinatis ad mentem erectionis dedit et donavit, prout et dat, donat, incorporat, decreti praesentis vigore.

Nr 98

Zezwolenie na zaciągnięcie pożyczki.

Klemensów, 18 VI 1750.

Or. nie znany

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 52. Akta i dokumenty, dotyczące kanonikatu penitencjarza fundi Paczoski z lat 1761—1850 s. 23—24 (Kopia z XVIII w. w transumpcie ks. Trębińskiego z 6 VII 1753).

Tomasz Antoni na Zamościu ordynat Zamoyski, wojewoda lubelski, Orła Białego [kawaler], wojsk Imci K. Mości i Rzeczypospolitej pułkownik¹. Czynię wiadomo, komu o tym wiedzieć należy, osobliwie jednak jurysdykcyej zamku mego zamojskiego, iż ja, zważając słuszną prośbę do mnie zanesioną kahałów miasta mego Turobina² i Tomaszowa³, pozwałam onym, to jest kahałowi turobińskiemu zaciągnąć sumy złotych polskich 8 tysięcy u imciów egzekutorów testamentu imc księdza Paczoskiego, scholastyka zamojskiego⁴, albo in deportationem takoweje sumy imciów misjonarzów krasnostawskich 2 tysięcy złotych polskich, i drugich 2 tysięcy imciów xx. bazylianów chełmskich, praesenti pozwałam consensu, od wzwyż wyrażonych imciów xx. egzekutorów zaciągając sumy złotych polskich 4 tysiące, które to kahały vigore moderni consensus przerwczonych sum securitatem w aktach komisarskich sądów zamku zamojskiego zapisać tenebuntur, i od tych sum prowizyją more Regni, to jest per 7 a cento quotannis wypłacać imciom xx. egzekutorom powinni będą. Ta zaś prowizycja ma currere na imciów xx. penitencjarzów Kolegiaty Zamojskiej, który consens dla lepszej i większej wiary i pewności przy zwykłej pieczęci ręką własną podpisuję. Datum w Klemensowie die 18 iunii anno 1750. T.A. Zamoyski.

Nr 99

Pytania biskupa J. E. Szembeka, odnoszące się do Kolegiaty Zamojskiej, postawione Kapitulie w czasie wizytacji generalnej.

Zamość, 20 XII 1750.

¹ Tomasz Antoni Zamoyski, zob. dokum. nr 85 przyp. 1.

² Turobin, miasteczko, pow. Krasnostaw, wojew. lubelskie.

³ Tomaszów Lubelski, miasto powiatowe, wojew. lubelskie.

⁴ Walenty Józef Paczoski, h. Jastrzębiec, doktor filozofii i obojga praw, profesor retoryki (1724) i fizyki (1728) na Akademii Zamojskiej. W r. 1724 został kanonikiem zamojskim. Był również kanonikiem kapituły chełmskiej i kamiemieckiej, a nadto proboszczem w St. Zamościu, a następnie w Tarnogradzie. Zmarł 6 VI 1749. Wiadomość o profesorach s. 52.

Or. ADL Nr I—158. *Decreta reformationum 1750—1751 s. 1813—1814 (Or. pap., u dołu pieczęć biskupa Szembeka, wyciśnięta przez wosk z jego własnoręcznym podpisem); tytuł: Puncta pro visitatione — 1750.*

Puncta pro visitatione generali Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis in dominicam IV Adventus et diem 20 mensis decembris anni currentis 1750 incidente Vbli Capitulo Ecclesiae Collegiatae intimata.

1° Utrum in receptione in institutione seu admissione canonicatum, praelaturarum, praebendarum aliquid per Vble Capitulum exigatur et in quem usus convertatur?

2° Utrum a recipiendis praelatis, canonicis professio fidei exigatur et an de facto in stuba capitulari eadem emittatur?

3° An quisvis ex dnis capitularibus officium suae praelaturae, canonicatus et praebendae rite ac debite exerceat et quoad vitam et mores ita se gerat, uti eorum status exigit et sint ne ab omnibus negotiationibus saecularibus a iure prohibitis alieni?

4° An choro habitu ad devotionem composito sint intenti, et denique ad quae obligantur in ecclesia debita dni capitulares an his plene satisfaciunt?

5° Procuratorem suum e gremio sui electum an habeant?

6° Habentne aliqua statuta et ordinationes et an approbatas a loci ordinariis?

7° An cura animarum, ordo divinatorum in Ecclesia Collegiata Zamoscensi absolvendorum illo debito ordine (qui alias debet) peraguntur? Et utrum huic ordini ita attendat perillis dnus decanus [k. 1814], prout ex onere ad mentem foundationis illmi Ioannis Zamoyski, supremi Regni cancellarii, per bullam Clementis VIII et per loci ordinarium pro tunc illum Stanislaum Gomoliński approbata obstringitur¹. Requiritur praeterea, an se in omnibus sic gerant, uti in terminis sonat dicta fundatio approbata?

8° Habeturne cura fabricae et necessitatum praedictae Ecclesiae Collegiatae et quisnam sit praefectus fabricae?

9° Utrum dni capitulares et quinam illi plura beneficia incompatibilia teneant?

10° Habetne quisvis ex dnis capitularibus canonicis omnia iura, privilegia ad mentem edicti typis impressi et ultra annum elapsam publicati in duo exemplaria ad mundum descripta, quae alias in hac visitatione generali sunt nobis omnino porrigenda? Iosephus episcopus².

Nr 100

Fundacja 'kanonikatu fundi Murzyński.

Zamość, 21 XII 1750.
(9 VI 1660)

Kanonikat fundi Murzyński został udotowany przez ks. Wojciecha Murzyńskiego, proboszcza w Uhnowie, na czynszach płynących z sumy 2000 złp., zabezpieczonych na synagodze żydowskiej (6 VI 1660). Uposażenie kanonikatu powiększył ks. Wojciech Łabęcki, kanonik zamojski, przez zapis dalszych 2000 złp. (6 VIII i 30 VIII 1675) na synagogach żydowskich w Zamościu i Turbinie. Do obowiązków kanonika fundi Murzyniani et Łabęciani należało odprawienie 3 mszy św. w tygodniu za fundatorów.

¹ Zob. dokum. nr 6 i 7.

² Zob. dokum. nr 88 przyp. 1.

Or. ADL Nr I—158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1686; tytuł wpisu: Fundatio canonicatus Murzyniani.

Pro hoc canonicatu est inscripta summa per adm. rdum Albertum Murzyński¹, praepositum Uhnoviensem, decanum Potylicensem² in synagoga tam palatinatus Belsensis, quam terrae Belsensis, quam terrae Chelmensis, videlicet 2 mille flor. polon. in vim reemptionis, prout fusius per iudaeos inferius seniores praefatorum districtuum obloquitur in archivo Zamoscensis Collegiatae servata tam originalis, quam oblata eiusdem inscriptionis Zamoscii in officio advocatiali feria 4 ante festum s. Barnabae Apostoli proxima [6.VI] anno Domini 1660³. Auctio eiusdem canonicatus per adm. illustrem Albertum Łabęcki, canonicum Zamoscensem, parochum Bialensem⁴, in summa 2 millium flor. polon., quae summae in vim reemptionis haerent in synagoga Zamoscensi feria 3 ipso die festi Transfigurationis Domini anno 1675 mille florenorum, in synagoga vero Turobinensi alterum mille coram actis advocatilibus Turobinensisbus feria 6 post festum s. Bartholomaei [30.VIII] Apostoli anno Domini 1675 recognitam⁵. Fundatio et approbatio canonicatus huius circa acta Consistorii Chelmensis remanet. Obligationes huius canonicatus tales loci ordinarius approbat, ut succedaneus canonicus fundationis Murzyniani et Łabęciani tres missas in una septimana absolvat pro anima Adalberti Murzynii, in altera vero septimana tres itidem missas pro anima Adalberti Łabęcki eo modo, ut una septimana obligationes absolvantur pro anima Murzynii tres, altera vero pro anima Łabęcii tres itidem missae, perpetuis temporibus alternatim, ut sit hebdomada una Murzyniana, altera Łabęciana obligationibus tribus onerata, prout fusius obloquitur fundatio et approbatio in actis Consistorii Chelmensis.

Nr 101

Odpowiedź kapituły na przedłożone pytania biskupa Szembeka.

Zamość, 21 XII 1750.

Or. ADL Nr I—158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1815—1817 (Dok. pap., na końcu podpis własnoręczny dziekana kapituły J.A. Trębińskiego i pieczęć kapituły wyciśnięta przez wosk).

Responsoria ad puncta Capitulo nostro Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis sub tempus generalis visitationis ad illmo et rdmo dno loci ordinario perrecta.

1^o Licet ad hunc visitationis generalis actum nulla a neoaccidentibus exigatur pro capalibus contributio, sed spectata summa tenuitate, immo nullo habito pro reparationis apparatus ecclesiae proventu, more et formalitate

¹ Dokument erekcyjny kanonikatu nie zachował się. Księgi bowiem konsystorskie chelmskie z lat 1652—1686, do których był ingrossowany, nie istnieją.

² Wojciech Murzyński, proboszcz w Uhnowie, w dekanacie potylickim, w diecezji chelmskiej, kanonik zamojski fundi Murzyński.

³ Nie zachowała się również oblata dokumentu fundacyjnego kanonikatu, ingrossowana do Acta Advocatialis Zamoscensis (9.VI.1660), ponieważ ksiąg tych z wymienionego okresu brak w WAP Lublin. Z tej też przyczyny publikujemy powyższy dokument.

⁴ Wojciech Łabęcki, proboszcz w Białej i dziekan urzędowski w diecezji krakowskiej. Na kanonik fundi Murzynian został instytuowany 30.IV.1664 (ADL A nr 147. Acta iudicialia Consistorii Zamoscensis 1663—1666 s. 19 n.).

⁵ Księgi wójtowskie Zamościa i Turobina z 1675 zaginęły.

aliorum in Regno capitulorum et collegiatarum, supplicat capitulum nostrum illum et rdum dnum loci ordinarium suum, ut hoc autoritate sua statutum habere permittat, scilicet a neoaccidentibus praelatis et canonicis Chmieleciensis 100 flor. polon. pro reparatione sola tantummodo ecclesia, eius apparatus sub amissione vocis activae et passivae ut comportentur, reliqui vero neoaccidentibus canonici tantummodo per flor. 50 polon. eodem vigore obligabuntur comportare.

2° Professio fidei observata formalitate praescripta a concilio per unumquemque neoaccidentem praelatum et canonicum emittitur.

3° Officia tam praelati, quam canonici iuxta suarum praebendarum erectiones et praescripta, tum iuxta antiquam consuetudinem collegiatae exequuntur, moribus honestis et exemplo unusquisque student prodesse, nullasque prohibitas canonibus obligationes exercent.

4° Tempore devotionis dominicis et festis diebus induti vestimentis competentibus loco sacro et decori ecclesiae [s. 1816] stallis intersunt, pro eo tempore praesentes praelati et canonici.

5° Quantum ad procuratorem visum est Vbli Capitulo nostro, ut certus esset, ideo curavit erectionem canonicatus novi congruus censibus provisi, adiuncto eidem onere procuratoriali.

6° Acta capitularia pro more et bono ordine aliarum collegiatarum scriptis annotantur, statuta et ordinationes intiquae habentur et observantur ab illo loci ordinario approbata.

7° Cura animarum directiva omni studio meliori per perillum et rdum decanum infulatum et Vble Capitulum attenditur, crebroque rdis vicariis insinuat, ut eam pro salute animarum et maiori gloria Dei exequantur. Perilles praelati scholasticus et custos suis obligationibus, quibus sunt adstricti, exacte satisfaciunt, ille in concionando per plures annos exantlatus per suos collegas canonicos praedicando, hic autem saepe circa collegiata residendo semper autem bono ordini ecclesiae et sacristia attendendo.

8° Praefectus fabricae a Vbli Capitulo constitueretur, si aliquando perciperetur pro expensis eiusdem fabricae, nihilominus postulabit Vble Capitulum benevolentiam illmi fundatoris, ut in his succurreret, succurrere declaravit, eventus probabit effectum.

9° Nullus capitularium in hac dioecesi plura beneficia curata incompatibilia possidet.

10° [s. 1817] Quantum ad privilegia, iura et utrum unusquisque praelatorum et canonicorum eadem habeat, patebit ex productis. Alexander Trębiński¹.

Nr 102

Dekret reformacyjny dla Kolegiaty i Kapituły Zamojskiej.

Zamość, 21 XII 1750.

Józef Eustachy Szembek, biskup chełmski, po przeprowadzeniu wizytacji wydaje dekret reformacyjny. Żąda od kapituły opisania w przeciągu dwóch miesięcy stanu kolegiaty, zapowiada wydanie obszerniejszego dekretu reformacyjnego. Tymczasowy zaś dekret dotyczy duszpasterstwa parafialnego przy kolegiacie.

¹ Jan Aleksander Trębiński, zob. dokum. nr 95 przyp. 1.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1. Iura et fundationes 1750 s. 195—202 (Poszyt pap., współopr. przy końcu pieczęć biskupa Szembeka, wyciśnięta przez wosk i własnoręczny podpis); *tytuł*: Decretum reformationis pro Vbli perillum et illustrium et rdorum praelatorum et canonicorum Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis Capitulo in visitatione generali per ipsummet illum et rdum dnum Iosephum Eustachium comitem de Słupow Szembek, ep. Chelm., abbatem perpetuum commendarium Wągrowcensem, die 21 mensis decembris 1750 anno peractae, ante productum et nondum tunc descriptum statum praesentem, latum vero 22 eiusdem mensis et anni in stuba capitulari publicatum.

Kop. ADL Nr I—158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 1752—1763, 1768—1773 (Kop. współczesna wg or., ale brak w niej p. 14).

[s. 196] Iosephus Eustachius comes de Słupow Szembek¹ ——. Quandoquidem in moderna generali Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis visitatione (quam adiuvante Domino, praemisso ad populum de fine et motivis eiusdem visitationis sermone per nos habito, peregrimus) perilles et illustres et adm. rdi praelati et canonici dictae Collegiatae Zamoscensis statum omnium ac singulorum iurium, privilegiorum et quorumvis transactionum originaliter transumptarearum nobis, in duo exemplaria confectum non prodixerunt. Proinde de benignitate nostra ter repetitis vicibus edictum publicum visitationis nostrae typis impressum et iam longe ultra unum alepsum annum via cursoria publicatum, reintimandum esse duximus et per praesentes reintimamus, idque summopere requirimus a praedictis rdis praelatis et canonicis, quatenus eundem statum ad mentem allegati supra completi conficiendum accurratissime in spatio duorum mensium ab intimatione praesentis decreti computandorum sub poenis nobis arbitrariis conscribant, conscribique faciant, sed id exequi conentur, quod alias usitata praxis et debita in visitandis ecclesiis pro earum meliore bono ac ordine [s. 197] exposcit ratio. Postquam vero modo praemisso confectum ac omni ex parte sufficientissime conscriptum nobis in praefinito tempore porrexerint, statum hoc deinceps mature perpenso ad plenarium reformationis decretum (cuius publicationem in Dominicam Conductus anni imminentis 1751 distulimus) condescendemus. Interea nonnulla puncta, quae ad regimen spirituale animarum et ad debite earum curam exequendam, tam ad promovendum absque interruptione huius Ecclesiae Collegiatae in spiritualibus ordinem referantur, illa pro munere nostro pastoralis incunctanter inculcanda non praetermissimus.

Non latet equidem neque debet perillum rdum dnum decanum infulatum Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis fundatio pientissima illi Regni cancellarii Ioannis Zamoyski, supremi Regni cancellarii², ab illmo Stanislao Gomoliński pro tunc episcopo Chelmensi³ approbata, quam nos pro idea et norma huius in parte reformationis decreti assumpsimus, enixissime eadem perillum rdum decanum, tanquam perochum, obtestamur, ut in hoc, quoad mentem fundationis supradictae fungitur officio eum adhibere contendat ac adhibeat, zelum et indefessam in rite promovenda animarum cura gerat et sollicitudinem, quam et qualem ratio suscepti exigit officii. Cum autem in subsidium eidem perilli decano sint attributi vicarii, quamplurimum prospiciat sibi, ut hi vices eius agentes, recte suo muneri satisfaciant. Commune etenim cum illis portat [s. 198], dum praelaturam curatam sustinet. In quibus autem vel maxime fidem attributi vicarii circa curam animarum debite administrandam monendi, inspiciendi, ac arcendi sunt, haec ultra seorsivum pro iisdem vicariis

¹ Józef Eustachy Szembek, zob. dokum. nr 86 przyp. 1.

² Jan Zamoyski, zob. dokum. nr 1 przyp. 2.

³ Stanisław Gomoliński, zob. dokum. nr 7 przyp. 2.

decretum per nos ad praesens latum in sequentibus collecta punctis publicari mandavimus:

1° Dabit enixissimam perillis decanus infulatus operam huius muneri pro onere officii contendat inter dictos Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis vicarios omnis exemplaritas vitae spiritualis disciplina, morum gravitas, vocationi correspondet, pietas, sobrietas, modestia, debita in obsequio animarum vigeat vigilantia eamque prompta et facilis subsequatur executio.

2° Officium divinum in choro non pelliati, sed semper superpellicciati voce sonora et concorde, numquam praecipitanter, sed semper devote ac paulatim decantent, ac in vocibus ac tono secum concordent.

3° Missas, praesertim diebus dominicis et festivis, non insimul ast successive interposito aliquo temporis intervallo, pro commodo transeuntium et quandoque tardius ex remotioribus villis advenientiumque parochianorum celebrent. Hinc, ut unus eorum per turnum post summum sacrum diebus dominicis et festivis missae sacrificium absolvet, mandamus.

4° Absentes a choro, sive tardius venientes, tum in assistendo divinis negligentes, aut hocce officium suum aufugientes, per dnum seniore punctentur et cum scitu perillis decani mulctentur.

5° Vagabundi, praesertim de nocte, discoli, turbulenti, compotatores a dno decano corripiantur [s. 199], gravius autem deliquentes nobis deferantur.

6° Sacerdotes advenae et peregrini absque deductione literarum formarum commenditarum ad altare et celebrationem missae sacrificii nullatenus admittantur.

7° Ne personae christianae tanti magis annuatim salariatae iudaeis inservant, ne item hi per cremationem liquorum dies dominicos et festa nostra violare praesument, implorandum primo brachium arcense, tum ad nos recursus faciendus esse.

8° Diligenter attendat perillis decanus, ne acatholici sua conventicula et devotiones exercent.

9° Adhibeat quoque attententiam omnem, ut vicarii Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis ad villas remotiores ultra strenam saepius recurrant, in quibus populum suaviter convocatum principaliter in necessariis medii et praecepti aliaque ad fidem et aeternam salutem consequendam instruant.

10° Revocamus deinde ad recentem memoriam ipsiusmet perillis decani, qui iuxta mentem superius allegatae foundationis ad duos vicarios penes Ecclesiam Collegiatam per eum fovendos obstringitur, et nisi hos duos vicarios quamprimum conduxerit in foro contencioso cum eo agendum erit indilate.

11° Dnus catechista pro faciendis in Ecclesia Collegiata catechesibus salariatus ad plenam intelligentiam et fructum salutarem audientium catecheses faciet, doctrinas spirituales et dogmaticas aliquoties repetitis per quaesita vicibus proponat, principaliter de necessariis medii et praecepti [s. 200], de virtutibus, necessitate sacramentorum ad eaque rite suscipienda dispositionibus, plene instructos reddat. Deinde pro circumstantia et diversitate temporis materias catecheticas disponat, exempli gratia in Adventu illum articulum symboli apostolorum „Inde venturus est iudicare vivos et mortuos“, exposita fusissima materia necessaria quidnam per vivos, quid per mortuos et quidnam mortem, quid vitam spiritualem adfert. Ulterius quaenam retributio vivos et quae vindicta expectet mortuos, et unde id constat et qua re sic fiat etc. moraliter et apostolice tractet, tum extremum iudicium eiusque continuam memoriam populo inculcet etc. Ante imminentem confessionem

paschalem de sacramento poenitentiae eiusque partibus et dispositionibus et Smae Eucharistiae assumat materiam. Et sic proportionate ad alia et temporum circumstantias sese diligenter reflectat, idque summopere intendat, ut suus populus vocem eius audiens in dogmatibus sanctae fidei, in sectandis bonis operibus et malis detestandis, recte instruatur ac de virtute in virtutem cum Dei auxilio proficiat. Idem dnus catechista modum practicum subministrabit, populo ad eliciendos ab eis et cum eis actus fidei, spei, charitatis, contritionis de peccatis cum proposito non peccandi et peccata confitendi, tum intensivi desiderii visione illa intuitiva Dei et amore fruitivo nostri plene satiativo per totam aeternitatem laeteri. [s. 201] In casu lapsus in mortale (quod tamen avertat Deus), ut populus ad eliciendum actum amoris Dei et actum contritionis perfectae supernaturalem alicendum sit instructus cum voto quamprimum confitendi. In casu deinde necessitatis seu periculi vitae, quod a quovis homine homo baptizari possit et debeat edoceatur populus, tanto magis pro valore baptizmi de materia, forma et intentione, signanter obstetrices certae reddantur.

12^o Optaremus id summopere, ut penes ecclesiam s. Catharinae in suburbio Zamoscensi sitam, unus vicarius continuo penes eandem ad succurrendum, praesertim de noctu, per administrationem sacramentorum animabus residens, provideatur, ne aliquando (quod tamen Pater misericordiarum et Deus consolationis avertere dignetur⁴), ut antequam portae fortaliciiue Zamoscensis aperirentur et antequam vicarii in eodem fortalicio penes Ecclesiam Collegiatam manentes, per nuntium difficulter eos adire volentes, ad infirmos vocarentur, ne inquam interea infirmos animas afflare contigat. Hinc esset providissimum succurrendi animabus remedium, ut penes dictam ecclesiam s. Catharinae ad dandum praesto eis succursum, idem vicarius die noctuque excubias agat et ut in eadem ecclesia Viaticum et olea sacra asserventur.

13^o Munus et officium illustris custodis, quod ex praeallegata liquet fundatione, ut exactissime observetur et peragetur et accurata per eum suppellectilis ecclesiastica et sacrarii circa conservationem attendentia et circa promovendum ordinem ecclesiae animadversio adhibeatur, serio [s. 201] inculcavimus.

14^o Quoad reliqua vero sui puncta praesens reformationis decretum ex ratione nondum descriptorum totaliter in duo exemplaria statuum, tam quoad praelatos quam quoad canonicatus, totumque Vble Capitulum reperibilium ad Dominicam Conductus anni proxime imminentis 1751 dimittimus. Et in fidem praemissorum ——. Datum et actum die, mense, anno, quibus supra. Iosephus episcopus.

Nr 103

Dekret reformacyjny dla kolegium wikariuszy przy kolegiacie.

Zamość, 21 XII 1750.

Or. ADL Nr I-158. Decreta reformationum 1750—1751 s. 2046—2050 (Or. pap. podpis i pieczęć biskupa J.E. Szembeka wyciśnięta przez wosk).

Puncta reformationis decreti pro collegio vicariorum Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis sub tempus visitationis generalis per impsummet in persona illum excelmum et rdnum Iosephum Eustachium comitem de Słupow Szem-

⁴ 2 Kor. 1, 3.

bek, episcopum Chelensem, abbatem perpetuum commendatarium Wagrovecensem die 21 mensis decembris 1750 anno porrecta, lata et publicata.

Reprehensibiles hac in parte adinvenimus non multos vicarios, quorum aliqui nondum completus status suarum provisionum, inscriptionum ceterorumque iurium ac obligationum suarum, in praesenti visitatione generali produxerunt nobis, singuli vero eorum pia legata originaliter seu alias de verbo ad verbum transumenda nondum descripserunt. Quare, ut quae sint complenda compleant et totaliter describenda et in duo exemplaria conficienda in spatio unius mensis ab intimatione praesentis decreti computando, conficiant et ad revidendum nobis exacte descripta porrigant, idque sub poenis decem imperialium cursorum piis locis applicandorum mandamus. [s. 2047] Qui status ad duo exemplaria primo collationebunt, deinde unum actis visitationis ingrossatur, alterum penes collegium relinquatur. Interea, quae integritatem morum, vitae spiritualis, disciplinam, tum rite ac debite exequendum in cura animarum munus concernunt, ea sacrosancte observanda in sequentibus punctis praedicto vicariorum collegio distinctissime demandavimus:

1^o Pro officio status sui spiritualis memores sint vocationis suae, ut in illis morum gravitas, vitae exemplaritas, pietas, modestia et sobrietas vigeat.

2^o Computationes, rixas, divagationes praesertim nocturnas, devitent, ut is, qui ex adverso est, vereatur malum dicere de illis.

3^o In ecclesia et in choro ad debitam pietatem et modestiam compositos se gerant, chorum non pelliati, sed superpellicati semper occupent, devote ac attente officium divinum decantent et in tono ac voce concordent secum.

4^o Clamores caninos et rixas, tam in ecclesia et in choro quam ubivis locorum, non faciant, neve occasionem alicuius inde in populo scandali faciant, eos adhortamur.

5^o Mutuam concordiam, pacem observent, ac nimias saecularium familiaritates aufugiant, sed potius, ut in bono exemplo et pietate praesint, satagant.

6^o Otium detestentur, et potius quantum temporis superfuerit lectioni theologiae moralis casuumque resolutioni dent operam.

7^o Pro munere autem suo, quo funguntur in cura animarum, id diligentissime perpendant, ut idem munus rite ac debite exequantur, et se faciles ac promptos in administrandis sacramentis reddere contendant.

8^o Circa dispositiones infirmorum ita se gerant, ut eos in fide, spe et charitate corroborent in eliciendo contritione supernaturali cum Dei auxilio de peccatis cum firmo proposito non peccandi adiuvent [s. 2048], ad actum re-signationis in voluntatem Dei, et ad desiderium vivendi et amandi Deum in aeternum excitent.

9^o In excipiendis confessionibus in ecclesia, praesertim diebus dominicis et festivis, vigiles se exhibent, nec confessionalia aufugiant.

10^o In accidentibus ecclesiasticis nullas extorsiones faciant; simoniacum enim est sacra charismata turpi lucro mercari, sed quid eis sponte offertur, illud accipiant. Et de iisdem accidentibus revocamus illis in memoriam processum nostrum typis impressum via cursoria publicatum ab aliquot annis.

11^o Doctrinam catechetica per turnum de mane diebus dominicis et festivis in commodum spirituale praesertim ruricularum, tunc ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem advenientium, peragant, in qua principaliter necessaria necessitate medii et precepti, necessitatem ac virtutes sacramentorum ad ea debite suscipienda dispositiones requisitae populo enucleant. Intruant

populum, quod si is in peccatum mortale (quod tamen avertat Deus) inciderit, ut pro omni securitate actum amoris Dei et actum perfectae contritionis cum voto quam primum confitendi eliciat, talisque actus eliciendi modum practicum subministrent ei.

12° Doceant ulterius eundem populum et signanter obstetrices quomodo in casu necessitatis sit homo baptisandus a quovis homine, seu quaenam materia, forma ac intentio sit a beptizante pro valore baptizmi adhibenda.

13° Uberiorem vero circumstantia temporis [s. 2049] catechisandi materiam suppeditabit ipsis lectio catecheticorum librorum quibus, ut serio incumbant, eos gravissime adhortamur.

14° Ad villas distantes saepius ultra strenam condescendant, in quibus populo congregato tum praemissam doctrinam, tum aliam ad fidem et aeternam salutem consequendam necessariam explicent.

15° Indulgentias pro articulo mortis iuxta modum a Ssmo Domino nostro, ad praesens Ecclesiam gubernante praescriptum, ac typis impressum et via cursoria publicatum, moribundis applicent, applicarique non praetermittant.

16° Hinc ex nunc uno eodemque contextu praescriptis decreti mansionarios et promotores Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis districtissime admoneamus, ut obligationibus suis debite satisfaciant, et ne illud, quod portant onus, perfunctorie peragant, obtestamur.

17° Recollectiones de anno ad annum ad acquirendum spiritum ecclesiasticum ac fervorem in exequenda debita animarum cura ad hauriendam pietatem peragant, de sic peractis testimonium obtineant.

18° Adhortamur gravissime eosdem vicarios, ut quando et quoties ad infirmos vocantur, non expectando, nec respiciendo cuius ex illis sit turnus, sive sit hebdomada, sed quicumque ille sit primus, cui in quem prius haec vocatio ad infirmos intimabitur, ut ex nunc et prorsus absque ulla mora, aut minima dilatione, quinimo promptus sive prompti semper faciles ad obsequium animarum ad dispositionem infirmorum excurrant, sive excurrat.

19° [s. 2050] Ne haeretici oppidi Zamość incolae sua conventicula in domibus privatis ad exequendas in eis suae sectae devotiones habeant, aut habere praesumant, iidem vicarii diligenter invigilabunt.

20° Reliqua ad complementum praesentis decreti reformationis puncta ex ratione nundum perfecta completorum per eosdem vicarios, mansionarios et promotores statuum ad Dominicam Conductus anni proxime incidentis 1751 distulimus. Et in fidem praemissorum ——. Datum et actum in visitatione generali Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis die, mensis, anno, loco, quibus supra.

Nr 104

Zapis 12000 złp. na bożnicach w Turobinie i Tomaszowie na fundację penitencjarii przy kolegiacie.

Zamość, 9 III 1751.

Or. nie znany¹.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 52. Akta i dokumenty, dotyczące karnikatu penitencjarii fundi Paczowski z lat 1761—1850 s. 23—26 (Kopia współczesna w transumpcie ks. Trębińskiego z 6 VII 1753).

Actum in iudicio commissoriali arcis Zamoscensis feria 3 post Dominicam

¹ WAP Lublin. Nr 14. Acta iudiciorum supremorum tribunalis civitatum domini Zamoscensis (1758—1772) k. 192 nn. nie posiadają tego dokumentu.

Reminiscere Quadragesimalem proxima anno Domini 1751. Przed sądem i aktami niniejszymi komisarскими zamku zamojskiego osobiście stanawszy starozakonni Izrael Eliaszowicz, Habus Berkowicz, Leyba Jozefowicz, zdrowi na ciałach i umysłach będący, dobrowolnie, jasnie, jawno i słowy wyraźnemi swym i całej synagogi kahału swego turobińskiego, jako też innych starszych tegoż kahału, od których ad infra scripta recognoscenda, mając sobie coram actis officii advocatialis et scabinalis Turobinensis feria 5 post Dominicam Quadragesimalem anno praesenti 1751 zeznany i dany plenipotencyją², authentice ex iisdem actis ad praesens reprodukowany, imieniem czyniący, zeznali i niniejszą zeznają rekognicyją, iż oni i cały ich kahał turobiński vigore consensus illmi et excelmi dni loci Ordinati, sibi gratiose dati et subscripti sigilloque muniti de verbo ad verbum tenoris sequentis:

(*Następuje dokument T.A. Zamojskiego nr 98*).

Tudzież Zelma Zyskłowicz, Dawid Berkowicz, Chaim Nochynowicz, starsi synagogi tomaszowskiej i innych starszych tejże synagogi, jako onychże plenipotenci w urzędzie miejskim tomaszowskim dnia 16 miesiąca lutego roku terażniejszego 1751 zapisać³ i całego kahału swego tomaszowskiego imieniem czyniący vigore eiusdem suprascripti consensus etiam sibi totique synagogae suae Tomaszoviensi⁴ dati. To jest przerweczeni starsi z całym kahałem swoim turobińskim sumę złotych polskich 8 tysięcy in deportationem takowej sumy imciów xx. misjonarzów krasnostawskich dopiero mianowani, zaś starsi synagogi tomaszowskiej sumę złotych 4 tysiące na zniesienie wydarkaffu imciów xx. wikaryjów krasnostawskich, dwóch tysięcy złotych imciów xx. bazylianów chełmskich zaciągnęli i z rąk imciów xx. egzekutorów testamentu niegdy wielebnego imci księdza Walentego Paczoskiego, scholastyka zamojskiego⁵, rzetelnie, istotnie odliczywszy do rąk swoich, kahał swemi starszemi turobiński (ut praemissum est) złotych 8 tysięcy polskich, kahał zaś tomaszowski itidem z swemi starszemi złotych 4 tysiące polskich odebrali, od których sum wyderkaff, to jest prowizyją roczną, more usitato pro złotych 7 od każdego sta złotych rachując; kahał turobiński z swemi starszemi dwiema ratami, pierwszą na święto ś. Tomasza Apostoła złotych 280, drugą także ratą złotych 280 na ś. Jana Chrzciciela; tomaszowski zaś kahał z swemi starszemi od sumy złotych 4 tysiące także dwiema ratami, pierwszą na święto Trzech Królów złotych polskich 140, drugą także ratą złotych polskich 140 na ś. Jan Chrzciciel quotannis do rąk imciów xx. egzekutorów testamentalnych imc. księdza Paczoskiego, scholastyka zamojskiego, lub temu, komu ci imcie xx. egzekutorowie dysponować będą, a to na dwóch penitencjarzów przy Kolegacie Zamojskiej zostających, punktualnie nic czasu determinowanego nie uchybiając, rzetelnie, zupełnie, istotnie wypłacać i oddawać obligują się, asekurują i zapisują pod zakładem in casu prorogationis drugiej takiejże sumy oryginalnej wyżej wyrażonej na tychże kahałach i synagogach zostawać będą.

Dla większej zaś sum przerweczonych tak oryginalnych, jako i prowizjonalnych bezpieczeństwa omnimodam evictionem et securitatem też sumy na

² WAP Lublin. Nr 5. Księga inscriptionum miasta Turobina od r. 1736 do 1762 s. 713 nn. nie posiada tego wpisu.

³ WAP Lublin. H. Księga b. magistratu tomaszowskiego k. 117 nn. nie posiada tego dokumentu.

⁴ Tomaszów Lubelski, miasto powiatowe, wojew. lubelskie.

⁵ Walenty Józef Paczoski, zob. dokum. nr 98 przyp. 4.

wszelkich dobrach swoich tak ruchomych, jako i nieruchomości, to jest stojących szkołach, czyli bożnicach, handlach Kupieckich, krupkach swoich rzeźnickiej i kupieckiej, towarach wszelkich, jakiegokolwiek mają, albo na potem mieć mogą, sumach pieniężnych, gdziekolwiek znajdujących się i jakimkolwiek sposobem wzwyż wyrażonym, kahałom i w szczególności ich osobom należących, a w niedostatku tych, na osobach swoich własnych, generalnie wszystkich nemine excepto, w tychże kahałach znajdujących się żon, dzieci i sukcesorów swoich, jeden za drugiego i wszyscy za jednego ręcząc, zapisują i obliwiają się i hypohekują, praemissa omnia et singula bona sua mobilia et immobilia, temż samemi wyżej wyrażonemi przez siebie zaciągnionemi, tak oryginalnemi jako i prowizjonalnemi inonerując, wolnej w dobra stojące intromisyje in casu contraventionis dopuszczając, szkoły czyli bożnice obsygalacyjnej, osób własnych, żony, dzieci z sukcesorami sekwestracyjnej, tudzież sum pieniężnych, gdziekolwiek znajdujących się, towarów i innych rzeczy ruchomych in quacumque specie et forma znajdujących się, wolnego aresztowania i zabierania, czego wszystkiego za zadaną wiołencyją sobie poczytać nie mają, ani powinni będą, lecz póty takowe dobra i rzeczy w posesyjnej, osoby zaś w sekwestracyjnej zostawać mają, póki rzetelna, istotna, zupełna w sumach kapitałnych i prowizjonalnych, tudzież w ekspensach w takowym przypadku erogowanych nie stanie się satysfakcyja i też sumy z pomienionych kahałów przez nich samych, lubo sukcesorów ich zniesione nie będą. O co wszystko forum w sądach komisarskich zamku zamojskiego do odpowiadania naznaczają, tą swoją rekognicyją i inskrypcyjną do tego wszystkiego środkującą. Alias in forma inscriptionis obligatoriae pro evictione cautionis et quoad evictionem cautionem beneficiis iuris abrenuntiationis, quam planissimae recognitionis praesentem vigore. Izrael Eliaszwicz, Habus Berkowicz, Leyba Jozefowicz turobińscy, Zelma Zyskowicz, Dawid Berkowicz, Chaim Nochymowicz tomaszowscy.

Nr 105

Uzupełnienie dekretu reformacyjnego dla kolegiaty i kapituły.

Skierbieszów, 23 IV 1751.

Józef Eustachy Szembek, biskup chełmski, zgodnie z zapowiedzią, wydaje dekret reformacyjny dla kolegiaty i kapituły. Na wstępie omawia ważniejsze fundacje Zamojskich z lat 1600, 1630, 1639, 1663 i inne, następnie zajmuje się porządkiem nabożeństw i służbą Bożą w kolegiacie, budynkiem sakralnym. Więcej miejsca poświęca Kapitulie Kolegiackiej, jej ustrojowi, uposażeniu, obowiązkowi fundacyjnemu. Z kolei przypomina obowiązki poszczególnych prałatów i kanoników, oraz kolegium zamoscenski. Wreszcie zajmuje się szczególnie bankiem pobożnym i szpitalami w Zamościu.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 1. *Iura et fundationes 1750 s. 202—224. (Poszyt pap. współopr., przy końcu na ostatniej karcie pieczęć biskupa Szembeka, wyciśnięta przez wosk i jego własnoręczny podpis); tytuł: Suppletorium reformationis decretum pro Ecclesia Collegiata Zamoscensi post productum nobis eiusdem collegiatae ecclesiae statum praesentem, supra descriptum anno Domini 1751, in termino superius praefixo latum et publicatum.*

Kop. ADL Nr I-158. *Decreta reformationum 1750—1751 s. 1780—1799 (Kopia współczesna wlg or.).*

Iosephus Eustachius comes de Słupow Szembek¹ ——. In visitatione nuperina Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis, die 20 mensis decembris et anni elapsi 1750 inchoata, iura, privilegia, fundationes, erectiones et alia documenta ad hanc ecclesiam pertinentia, non fuerunt porrecta nobis secundum illam moethodum edicti publici, quod praemissimus visitationi generali. Ideo publicationem seu verius continuationem decreti, in aliquot punctis iam incepti et publicati, ad capitulum generale post Dominicam Conductus protraximus, ut, durante hoc congressu capituli generalis, omnibus ad scientiam et observationem deveniat, ex integro hocce decretum publicari et intimari iussimus ac intimamus et publicamus per praesentes.

Principalis visitationis nostrae scopus est, ut cultus divinus [s. 203], qui ut in hac ecclesia vigeat, et magis ac magis augeatur ex toto corde desideramus. Multi etiam pietate erga hunc cultum ducti fundatores mature praeviderunt non posse accurate hanc ecclesiam deserviri, nec tot et tanta munia, officia et obligationes expleri, nisi de numerosiori clero pro quo tot liberalissime impensae sunt fundationes, provideatur. Primarius fundator gloriosae memoriae illustris Ioannes Zamoyski, supremus Regni cancellarius, anno Domini 1600 die 5 iulii fundavit decanatum, scholasticum, custodem et quatuor canonicatus²; hisque adiunxit vicariatus et quidem pro tribus vicariis ex bonis Chmielek³ et pro quarto, quidquid deerit ex praedictis bonis Chmielek, ex arce propria suppleturum se apromissit. Alios vero duos vicarios (verba sunt fundatoris ex instrumento fundationis deprompta), quos iuxta fundationem decanus alere debet et qua plabanus Szczebrzeszynensis⁴ in tres vicarios seperatim Novi Zamosteci Collegiatae 210 flor. pendet, simili modo per singuli anni partes quaternas per 17 flor. grossos 15 persolvendo. Hucusque verba fundationis.

Illustris Thomas Zamoyski, vicecancellarius [s. 204] Regni, anno Domini 1630 5 martii⁵ ad augendum cultum divinum de numerosiori clero ad hanc Ecclesiam Insignem providendo instituit fundationem in capella memoriae Transfigurationis Dominicae dicata (in qua corpora parentum suorum quiescunt) pro duobus dignitatibus, videlicet unam pro praeposito, alteram pro cantore, pro sex presbyteris et duobus ministrantibus clericis et pro propria et peculia dote praedictorum praepositi, cantoris, et vicariorum congrua sustentatione, nec non supellectilis sacrae et ornamenti reparatione, vini, olei, cerae etc. aliarumque impensarum provisione summam 40 millia flor. concessit, dedit, legavit titulo perpetuae et irrevocabili donationis. Quem quidem redditum in molendinis oppidi Tomaszow⁶ post fata illi sui parentis a se locatorum assignat et inscribit in vim reemptionis, sive ut vulgo dicitur wyderkaff. Eandemque obligationem non posse, nec debere haeredes et successores suos in aliud genus obligationis mutare, vel transformare, nisi bona correspondant annuo redditui 3 millium flor. polon. et ab eis fuerint comparata etc. etc. Tanto autem zelo flagrabat erga gloriam et laudem Dei [s. 205] hic devotissimus fundator, ut in instrumento huiusmodi suae fundationis memorandae et ad exemplum posteritati impresserit verba, quae allegare pro voluptate nobis est; et haec sunt illa verba, quae sequuntur:

¹ Józef Eustachy Szembek, zob. dokum. nr 86 przyp. 1

² Zob. dokum. nr 6.

³ Chmielek, zob. dokum. nr 6 przyp. 9.

⁴ Szczebrzeszyn, zob. dokum. nr 6 przyp. 13.

⁵ Zob. dokum. nr 21.

⁶ Tomaszów Lubelski, miasto powiatowe, wojew. lubelskie.

„Quoscumque praedictam meam ordinationem per Deum Iesum iudicem humani generis, cuius haec omnia gloriae dedicavi, ut huic foundationi et ordinationi meae foveant, atque suum sortiatur plenarium effectum, efficaci illi praesidio adsint, non permittendo quempiam illam quaesito colore impedire, perturbare vel infringere. Si quis autem fortassis, quamvis mihi persuadere possit, ut tam liberorum successorumve, quam executorum meorum huic sanctioni ordinationique meae palam vel occulte contravenire praesumpserit, voco illum ad tremendum Dei iudicium, in quo exquisitam rationem temeritatis suae reddere tenebitur. Collegium autem universum canonicorum, nunc et pro tempore in ecclesia Zamoscensi congregatorum, peto atque hortor, ut huius piae causae a me in honorem magni Dei et ornamentum Ecclesiae suae sanctae instituta est, protectores [s. 206] ac defensores sese interponant, neque hanc sanctionem meam infringere tentantibus suffragari et assentiri velint etc. etc.“. Haec itaque fundatio consensu speciali facultate illmi et rdmi Remigii Koniecpolski, episcopi Chelmensis⁷ approbata et confirmata fuit.

Anno Domini 1639 illma Catharina de Ostrog Zamoyska, illmi Thomae Zamoyski, cancellarii Regni consors, penes Ecclesiam Collegiatam pro usu et ministerio ecclesiae Zamoscensis sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatisimae Virginis Mariae Seminarium fundavit⁸, quod quidem pium institutum suo et illmi coniugis sui nomine fundatum in villa Pniówek⁹ et scultetia Kawęczyn¹⁰ versus Szczebrzeszyn¹¹ sita suisque sumptibus comparata, cum omnibus redditibus suis perpetuo applicare, summamque 2 millium flor., quae quotannis ex praefatis bonis pendi et de facto numerari debet, curae et administrationi Vblis Capituli, adhibito Academiae rectore, consignavit etc. etc.

Anno Domini 1663 illmus Stephanus de Zamość Zamoyski pro quinque clericis seminaristis summam 10 millium flor. polon. in bonis Orłów inscribit¹². [s. 207] Non facimus mentionem variarum ex post factarum foundationum in hac ecclesia pro mansionariis, promotoribus confraternitatum, capellanis etc. etc. Esset enim ob longum hos singulos hic allegare et enumerare. Non enim sine moesto stupore in anima nobis revocamus tot et tantas liberales foundationes cum tantis obstationibus factae, obsoletae non sortiuntur effectum. Et sui loco augmentis gloriae Dei, quae ex numerosioris cleri foundatione intendebatur, diminutio cultus divini ob oblitteratas foundationes subsecuta.

Ut igitur, quod muneris est nostri, in vindicandis et manutenendis his iuribus et foundationibus diligentiam pro posse adhibemus, summopore Vble Capitulum Collegiatae Zamoscensis obstringimus, ut supra allegatas et alias omnes et singulae foundationes inquirent, protegant et (etiam ad hanc strictam obligationem, vigore obligationis canonicae verum etiam ex mente fundatorum), qui foundationes praefatas sub protectione Vbli Capituli dederunt, adiguntur. [s. 208] Et quidem principaliter circa foundationem primo primam, ut in omnibus menti fundatoris satis fiat, et ut dnus decanus vicarios secundum obloquentiam eiusmodi foundationis faciat, Vble Capitulum mansionem pro vicariis provideat, in qua honesti et commodi residere mensamque communem habere possent. Foundationem ad capellam Transfigurationis Domini et fun-

⁷ Remigusz Koniecpolski, zob. dokum. nr 22 przyp. 4.

⁸ Zob. dokum. nr 28.

⁹ Pniówek, zob. dokum. nr 27 przyp. 6.

¹⁰ Kawęczyn, zob. dokum. nr 29 przyp. 7.

¹¹ Szczebrzeszyn, zob. przyp. 4.

¹² Zob. dokum. nr 42.

dationem Seminarii illmae Cathaerinae de Ostrog Zamoyska¹³, super bonis Pniówek et scultetiam Kawęczyn factam et inscriptam (facto prius ad illum dnum haeredem ordinatum) vindicare non negligent. Seminaristae foundationis illmi Stephani de Zamość Zamoyski¹⁴ non habent omnimodam habitationem in ruinosa domo Seminarii. Proinde, ut duos saltem seminaristae alantur, reliquum quod praefecto obveniebat pro reparatione domus impendatur et interea mensa et habitaculum in collegio pro his duobus clericis conducatur et solvatur, donec reparetur illa domus Seminarii. Ut autem clerici et in studiis et in disciplina ecclesiastica proficiebant, unus ex rdis collegis ex charitate curam ipsorum habebit, alter reparandae domus seu dicti Seminarii providenciam in se assumet, gratam rem Deo factururus.

Quantum ad devotionem in Ecclesia Collegiata Zamoscensi.

[s. 209] Ad mentem foundationis tam praelati, quam canonici diebus dominicis ac festis in ecclesia adesse, processiones et alia munia ecclesiastica obire tenentur. Quod ut condigni fiat attendat Vble Capitulum, ut omnes et singuli in suis stallis sedeant, habitum uniformem deferant, nullus audeat etiam de hyeme palliatus in choro comparere; non auderet enim talis ad magnatem cum pallio intrare, multo magis quomodo templum Dei sic vestitus intrasse et vel maxime choro adesse praesumeret et si aliquis ab hebdomadario canonico monitus pallium non deponeret, talis in floreno ecclesiae necessitati applicando, puniendus adinveniat. Fundator desideravit, ut officium divinum non recitando, sed decantando absolvatur in choro. Quare idem officium divinum solita hora de mane, videlicet in matutino et laudibus et post missam primariam in prima decantetur, ac deinde tertia, sexta, tum denique finita missa conventuali nona decantabitur. Et cum sit haec collegiata insimul et parochialis ideo missae diebus dominicis et festis conventuales ad mentem decreti Sac. Rituum Congr. 1725 anno¹⁵ pro parochianis et ad intentionem Ecclesiae applicari debent. Desideratur igitur tabella omnium missarum et anniversariorum ac aliorum vigore suarum foundationum absolvendorum, in cuius tabella ordo divinatorum peragendorum [s. 210] regulari et ordinari ac disponi deberet. Volumus igitur et sic mandamus, ut antequam harum omnium missarum, anniversariorum devotionumque aliarum in Ecclesia Collegiata Zamoscensi absolvi solitarum et absolvendarum, nobis prius quoad revisionem earundem porrigantur. Occurrerit aliquando, prout in Quadragesima, in Quatuor Temporibus, ut ultra conventualem missae de feria in cathedralibus et collegiatis celebrari debeant; proinde hae feriatae missae non sunt omittendae. Quoties in choro cantatur officium divinum ac aliae horae, semper ardeant in altari duae saltem candelae. Ita Sac. Rituum Congr. 1595 7 augusti. Magnum decorem superaddit huic ecclesiae fundatio perillis Paczoski, scholastici huius collegiatae¹⁶, qui ut duo poenitentiarum in praedicta fundentur collegiata eandem legavit. Proinde ut hoc vere pium opus ad effectum quantocius reducatur commune facimus defuncti scholastici executores, qui pro his poenitentiarum ad maiestatem huius sacri tribunalis et ornamentum ecclesiae confessionalia et affabre facta, in aperto loco ecclesiae collocanda extrui pro pietate sua non intermittant.

¹³ Katarzyna z Ostroga Zamoyska, zob. dokum. nr 21 przyp. 4.

¹⁴ Stefan Zamoyski, zob. dokum. nr 40 przyp. 1.

¹⁵ Na mocy dekretu Kongregacji Obrzędów z 1725 wszyscy proboszczowie zostali zobowiązani do odprawiania mszy św. w niedziele i święta na intencję parafian.

¹⁶ Zob. dokum. nr 104.

Quantum ad fabricam ecclesiae.

Tectum ecclesiae huius per peritos artis murariae in praesentia praefecti fabricae saepe [s. 211] revideatur, et quam primum aliqua rima (per quam stillicida fieri possent) advertetur, statim sine mora calex obducatur. Caemeterium semper clausum teneatur cratesque ferrea in positis collateralibus apponantur, ne pecoribus aditus pateat. Campanile non solum dedecens sed quid maius est minitans lapsum tam insignis campanae tollatur. Et cum in ante inaudivimus illum et excelsum modernum ordinatum palatinum Lublinensem ac fundatorem intentionem habere novum extruendi campanile, proinde enixe rogandus esset praefatus illmus et excelmus dnus, ut idem campanile sive turrim extrui non differat.

Quantum ad capitulum praelatorum et canonicorum in genere.

Collegium hoc fundacione ab illmo dno Ioanne Zamoyski¹⁷, supremo Regni cancellario factum et a ssmo domino Clemente VIII¹⁸, pontifice maximo confirmatum, id quam plurimum considerare debet, ut ea, quae in praedicta fundacione sunt praescripta, quam exactissime a dnis capitularibus adimpleantur, et ut pia intentioni fundatoris satisfiat, idque sub poenis contra negligentes suum officium in iure praescriptis. Cum autem nullas hactenus constitutiones a loci ordinario approbatas hoc capitulum habet [s. 212] et si quae sunt, non ea methodo, qua alias heberi deberent, nec in originali nobis productae sunt. Ideo reassummimus decretum visitationis dignissimi antecessoris nostri Mathiae Lubieński¹⁹ in anno 1622 latum, huius tenoris: „Dni capitulares constitutiones in unum volumen congestas ac in proxime futuro generali capitulo communi consilio ac consensu receptas, atque ad mundum descriptas nobis communicare debebunt, quatenus illis bene conscriptis et trutinatis auctoritatem ordinariam apponere easque deinceps ratas et firmas esse iuberet. Sed cum nos quoque ordinem praedictas constitutiones et pro futuro capitulo nobis porrigendas reducere volumus, atque ut praevio consilio ac consensu prius receptae nobis producantur, mandamus“.

Ultra capitula generalia, ut in supplementum, particularia etiam capitula seu particulares congregationes circa exactum ordinem, aliasque universi huius ecclesiae cleri necessitates iuxta mentem fundatoris per illustrem dnum decanum singulis mensibus habeantur, in iisque insuper de negligentis commissis, de morum correctione, nec non de difficultatibus, si quae in casibus constentiae occurrerint, diligenter tractentur, mandamus. Et cum bona Chmielek²⁰ nuncupata pro praebendis seu pensionibus annuis tam canonicorum [s. 213], quam nonnullorum vicariorum fundata quomodocumque administraretur et redditus inde provenientes quomodo distribuantur nobis non constat, ideoque ut de praemissis plenam notitiam habeamus, productionem eiusmodi administrationis ac dispositionis reddituum serio iniungimus per praesentes. Dni praelati et canonici pro singulis capitulis generalibus conveniant. Quodsi autem aliquem ex praelatis vel canonicis tribus vicibus continuis iisdemque capitulis non adesse contigerit, nulla data legali ratione aut vera infirmitate, pro tunc, omissis tribus canonicis monitionibus, per procuratorem capituli talis sive

¹⁷ Jan Zamoyski, zob. dokum. nr 1 przyp. 2.

¹⁸ Klemens VIII pap., zob. dokum. nr 4 przyp. 1.

¹⁹ Maciej Lubieński, zob. dokum. nr 22 przyp. 2.

²⁰ Chmielek, zob. dokum. nr 6 przyp. 9.

tales adscitari debent ad ordinarium, vel eius generale officium ad declarandum ipso facto privationem sive privatos praelatura vel canonicatu suo.

Ut autem archivum capitulare ad conservanda quaevis iura, privilegia et documenta, acta Ecclesiae Collegiatae sive foundationes praebendarum, vicariorum et quorumvis beneficiatorum probantia, certum et securum constituatur pernecessarium etiam iudicamus. Et ut haec omnia diligenter prius revisa, deinceps ad synopses reducta in armario, ferreis laminis et clausuris secure munito in stuba capitulari (quae ad latum ecclesiae erigi debet) asservantur, et quidem ita caute et provide custodiantur [s. 214], ut nulli extra limen stubae capitularis communicentur, nisi forte copiatim. Interea necessarium foret, ut quivis ex praelatis et canonicis circa comportationem documentorum supra expressorum et aliorum capitulariter in moderno durante capitulo iuramento praestet in hanc iuramenti formam:

„Prout iura et documenta quaevis Vbli Capitulo ad eius bonum integritatemque referibilia, vel pro vicariis aliisque in hac Ecclesiae Collegiata beneficiatis servientia apud me habita, vere et realiter ad stubam capituli comportavi, et prorsus de nullis documentis et privilegiis quoscunque et qualicumque modo concernentibus, apud quam situatorum notitiam habeo. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia“.

Ut missae et anniversaria ad mentem foundationis exacte absolvantur, non obstante quod tenuem exinde consolationem dni capitulares praecipient. Licet enim Concilium Tridentinum concedit episcopis facultatem reducendi onera missarum ad minorem numerum, tamen loquitur solum de magno missarum celebrandorum numero ex variis defunctorum relictis imposito, ut missae et anniversaria defunctorum, non autem de missis impositis beneficio seu cappellaniae in limine foundationis, ac proinde [s. 215] reccurrendum est ad summum pontificem. Accedit, quod ita decrevit Urbanus VIII²¹ in sua 45 constitutione, ubi stricte prohibet atque interdicat, ne episcopi in dioecesana synodo aut generali, in capitulis generalibus, vel alias quoquomodo reducant onera ulla missarum celebrandorum, aut post idem concilium imposita, aut in limine foundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur et quod ipsum amplius habetur in declarationibus Sacrae Congr. Concilii: „Pro reductione onerum Sedes Apostolica sit adeunda, quae absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino et re esse iudicaverit“. Proinde Vble Capitulum, si reductionem desiderat, ad Sanctam Sedem recursum suum facere debet et antequam beneplacitum summi pontificis receperit, missas et anniversaria in limine foundationis assignata absolvat et absolvi faciat.

Indemnitas bonorum spiritualium, quorum non domini sed administratores sumus, summam a nobis exigit rationem, ut eorum bonorum curam habemus, quatenus eorum redditus ad gloriam Dei applicare valeamus, ad quem finem demandamus, ut quovis anno idque in generali capitulo, videlicet post Dominicam Conductus duo eligantur a capitulo deputati, qui ad bona tam decanatus collegiatae huius, quam et alia ad capitulum spectantia [s. 216] se conferrent, ibidemque pro fide et conscientia tanquam Deo redditori rationem examinant. Subditos illarum villarum, si quos habeant, quaerelas in et contra possessorem an sylvae, prata, agri, stagna, nemora in salvo sint, et utrum aliquas damna aut devastationem non patiantur etc. etc. Peractum hanc circa fundos, commissionem et revisionem in scriptis Vbli Capitulo referent et Vble

²¹ Urban VIII papież rządził Kościołem w latach 1623—1644.

Capitulum omnibus inconvenientiis, si quae occurrissent vel occurrerint, ex conscientia obviare tenebitur. Huius etiam indemnitas ratio exigit, ut summa foundationum non aliter locentur, nisi ad mentem Innocentii XII²², qui iubet, ut capitalia imponantur fundis frugiferis. Videmus enim, proh dolor, illa capitalia, quae in domibus vel lapideis locata fuere, cum ruina lapidearum vel favilla domorum pensumdatae fuisse. Vicarii, tam quoad vitam, mores, disciplinam, exactum ordinem in divinis officiis decantandis, in administrandis sacramentis, quam et in aliis omnibus, quae ad bonum ordinem spectant, obedientes decano et dnus decanus non solum admonere, verum etiam per subtractionem fructuum devios vicarios in viam rectam reduce et corrigere satagat.

Quantum ad personas capitulares in particulari.

Perillis decanus est primus inter capitulares [s. 217] huius ecclesiae praelatus, cui cum cura huius ecclesiae, praesertim vero quoad sacramentorum administrationem et divinatorum officiorum decantationem ex fundatione incumbat. Idecirco diligenter etiam invigilare debet, ut non tantum ipse officio suo respondet, sed etiam, ut vicarii, qui in subsidium eius sunt attributi, ita se gerant, quatenus et ipsi ab omni vitiorum labe sint immunes et debiti suo muneri, tam quoad divina officia in ecclesia devote et ordinate decantanda, quam quoad curam animarum utiliter exercendam satisfaciant. Porro cum praeter hanc praelaturam (quae in hac ecclesia est curata) et alteram parochialem in Szczebrzeszyn obtinet, ideo diligenter dabit operam, ut etiam in ecclesia Szczebrzeszynensi cum adiutorio sufficientium presbyterorum cura animarum exerceatur, ac officium pastorale adimpleatur, ad quem finem decretum reformationis pro ecclesia Szczebrzeszynensi, dum eandem nuper visitavimus, relinquimus. Muneris quoque est, ac erit eiusdem perillis decani, ut scholae penes ecclesiam existere debentis (in qua pueri grammatices rudimentis, in literis et primo principaliter in pietate et bone morato et liberalibus disciplinis sufficienter instructi, methodice instruantur et a rectore eiusdem scholae edoceantur) debitam gerat curam. Dicti vero pueri et alia officia, per scholares absolvi [s. 218] solita, adimplebunt. Deinde rector scholae curabit, ut cantorem et adolescentes in cantu ecclesiastico peritos morigerosque teneat.

Illustris scholasticus secundus in ordine huius ecclesiae praelatus est. Sed cum ex fundatione Academiae Zamoscensis appareat eum praeter alia officia ecclesiastica, quae cum ceteris praelatis habet communia, ad peculiarum etiam obligationem esse, ut recto ordini Academiae attendat illique praesit. Plurimum autem Ecclesiae Dei et Reipublicae intersit, ut in hac Generalis Studii Universitate recta sit iuventutis institutio, ita sedulo attendere debet, ut professores in omni virtutum genere bene firmati lectiones ex praescripto fundationis summa fide et diligentia praelegant et iuvenes ad hanc Academiam studiorum causa destinati maiores in dies in doctrina christiana, in pietate et in literis faciant progressus.

Illustris custos tertius in ordine est praelatus, cui cura sacrarii ex fundatione incumbit, quam curam et indesinenter adhibeat et in nitore apparatusum et sacrae suppellectilis exquisitam non intermittat animadversionem. Post praelatos sequuntur canonici, quorum numerus in duodenario consistit, qui ut iunctim cum tribus praelatis, currum gloriae Dei trahendo, cultum divinum

²² *Innocenty XII papież rządził Kościołem w latach 1691—1700.*

promoveant ac insuper quemadmodum [s. 219] reliquo clero in hac collegiata dignitate praecellunt, ita eis modestiae, sobrietatis ac omnis honestatis exempla de se praebere pro virili contendant. Meminerint secretum capitulare in stricte manutenendum, ut nulli unquam externo sub quocunque praetextu illud communicetur vel proferetur.

Quantum ad vicarios Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis.

Ultra superius dicta, sanum iudicium nobis dictat et hierarchia ecclesiastica demandat, ut clerus inferior maiorem clerum omni qua par est observantia prosequatur. Hinc vicarii ecclesiae huius alta mente reposita habeant, ut dnis canonicis honorem debitum, tam extra quam ab intra ecclesiam, tribuant et quidquid sive quod cultum Dei promovendum attinet, vel ad vitam corrigendam spectat, sive collegialiter a capitulari admonebuntur, hanc charitativam monitionem cum humilitate, utpote sibi proficuam, recipere teneantur. Principaliter perilli decano incumbit, ut iuxta foundationem, iam superius in hoc decreto allegatam, tali circa admonitionem et correctionem eorundem vicariorum utantur modo. Quodsi vero eiusmodi admonitio remittentes et pertinaces in freno eosdem detinere nequeat [s. 220], tunc sine mora per seorsivum instrumentum unum ex capitularibus destinabimus, qui delegatam a nobis habebit auctoritatem tales immorigeros et pertinaces poenis spiritualibus compescendi et usque ad privationem vicariatus sive praebendae, servato tamen iuris processu, cum iisdem vicariis condescendi.

Quantum ad montem pietatis.

Foundationem montis pietatis erexit et constituit illmus dnus Ioannes Zamoycki, supremus Regni cancellarius, et pro hoc monte pietatis in anno 1601 die 16 octobris 10 millia flor. dedit²³. Quae summa cum superadditis 2 millibus flor. vigore certae transactionis officiens in arce Zamoscensi extat, ut assecuratio illmi Martini Zamoycki, thesaurarii Regni²⁴, testatur data anno 1688 die 16 decembris, per unum grossum ab uno floreno pro annuo censu solvi deberet ac debet. Item clarissimus Thomas Drezner²⁵, iuris utriusque doctor, professor Academiae Zamoscensis pro monte pietatis legavit summam flor. 5124, quam foundationem ob maiorem securitatem illmus Thomas Zamoycki, cancellarius Regni²⁶, scripto suo Zamoscii die 17 iulii 1621 anno approbavit. Item illustris Sikorski, tunc decanus infulatus Zamoscensis²⁷, summam unius mille flor., item perillis Iosephus Skocki²⁸ die 4 augusti 1721 [s. 221] ducentos, et Mathias Pawołowicz²⁹ die 19 aprilis 1742 anno, decani infulati Zamoscenses, pro eodem monte pietatis legaverunt. Incumbit iam perilli decano, qua praesidi aliisque praesidibus, vindicatio supra nominatae summae 12 millium flor. ab illmo Ioanne Zamoycki, supremo Regni cancellario inscriptae, et ab illmo Martino Zamoycki, Regni thesaurario ex monte pietatis in bonis Stara Wola³⁰ et Wieprzowe Jezioro³¹ translata, ut haec sum-

²³ Zob. dokum. nr 10.

²⁴ Marcin Zamoycki (ok. 1637—1689), 4 ordynat, rotmistrz królewski (1656) podstoli lwowski (1659), kasztelan lwowski (1677), wojew. braclawski (1678), lubelski (1682), podskarbi koronny (1685), żonaty z Anną Franciszką Gnuńską (1675).

²⁵ Tomasz Drezner, zob. dokum. nr 22 przyp. 6.

²⁶ Tomasz Zamoycki, zob. dokum. nr 8 przyp. 7.

²⁷ Wawrzyniec Sikorski, zob. dokum. nr 57 przyp. 6.

²⁸ Józef Skocki, zob. dokum. nr 57 przyp. 6.

²⁹ Maciej Pawołowicz, zob. dokum. nr 57 przyp. 8.

³⁰ Stara Wólka, wieś, pow. Krasnystaw, wojew. lubelskie.

³¹ Wieprzowe Jezioro, wieś, pow. Tomaszów Lubelski, wojew. lubelskie.

ma ac aliae naturam montis pietatis spectantes totaliter vindicatae ad pignora manualia indigentibus a provisoribus dantur, nec vero pro censu reemptionali in bonis stantibus locentur. Talia autem pignora in duplo pecuniam dandam excedere debebunt, ne mons pietatis in casu non exemptionis eiusmodi pignorum aliquomodo damnificetur. Saepe enim fit, quod pignora non eximuntur et per provisos divendi solent cum detrimento montis pietatis. Praecavendum ergo summopere sit praesidibus ac provisoribus, ne praefata pignora cumdamno oppignorantium, nec item cum detrimento montis pietatis dentur.

Quantum ad xenodochia.

[s. 222] Deputantur illustres scholasticus et custos Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis ad conscribenda inventaria xenodochialia et ad revidendum ac diligenter perpendendum ordinem et statum huius deputationis nostrae, in praesentia provisorum civitatensium calculum de perceptis et expensis modernus praepositus xenodochialis reddere tenebitur ac tenetur. Tunc confectum hocce inventarium et receptum calculum supradicti deputati praelati Vbli Capitulo praesentabunt et deinceps nobis ad subscribendum porrigent.

Plura adhuc hic ad calcem huius decreti inscribenda forent, verum cum illmi et rdmi antecedani nostri, praecipue illmus Szaniawski³² et Szembek³³, in suis visitationibus generalibus huius collegiatae abundanter et pernecessario observanda iniunxere, proinde nos ipsorum acta reassumimus autoritate nostra ordinaria id superaddendo, ut per ea oboedientia, qua [s. 223] dni capitulares sunt strictissime nobis subiecti, decretum nostrum adimpleant illudque saepius in congressibus capitularibus relegi facient, strictam in Dei iudicio exinde reddituri rationem, summo etiam labore et conatu illud compilavimus, supplicando divinae Maiestati, ut hic noster conatus cedat ad maiorem Dei gloriam. Datum Skierbieszoviae in palatio nostro episcopali die 23 aprilis 1751 anno. Iosephus episcopus.

Nr 106

Erekcja Bractwa Trójcy Przenajświętszej.

Wiedeń, 12 X 1753.

Stanisław od Najśw. Sakramentu, przelożony generalny zakonu trynitarzy, na prośbę ks. J.A. Trębińskiego, dziekana infułata zamojskiego, eryguje Bractwo Trójcy Przenajśw. przy Kolegiacie Zamojskiej. Bractwu temu komunikuje odpusty, które otrzymało od papieży Arcybractwo Wiedeńskie Trójcy Przenajśw.

Or. nie znany.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 101. Status pro generali visitatione — praebendae Ssmae Trinitatis conscriptus a. D. 1779 s. 10—11; tytuł wpisu: Privilegium Confraternitatis SSmae Trinitatis in pergamenno descriptum, cuius tenor talis. (Kopia z 1779 r. wlg or.).

Frater Stanislaus a Ssmo Sacramento totius Ordinis Discalceatorum Ssmae Trinitatis redemptionis captivorum primaevae regulae profitentium maior

³² J.F. Szaniawski, zob. dokum. nr 90 przyp. 4.

³³ Józef Eustachy Szembek, kanclerz kapituły krakowskiej, kanonik warmiński, opat wągrowiecki, biskup chełmski (1737—1752) i plocki (1752—1758). Zmarł w r. 1758. W. Dworzaczek, dz. c., tabl. 158.

ac generalis minister¹. Cum cetera inter privilegia, quibus a Sancta Sede Apostolica decoratus est sacer ordo noster, id quoque facultatis obtinuerit, ut ad maiorem Dei Trinus gloriam, altioris in captivos christianos charitatis augmentum accumulandumque fidelium devotionum in aliis etiam extra sacram religionem nostram, ecclesiis saecularium archiconfraternitatis sub invocatione Ssmae Trinitatis de redemptione captivorum communicando eiusdem spirituales gratias, indulgentias et privilegia, instituere possit ac valeat in huiusmodi archiconfraternitatibus sese liberalem omnino semper exhibere consuevit. Ideo nos, autoritate nobis seu officio nostro a summis pontificibus concessa, sperantes fore, ut ex sua spiritualium gratiarum participatione ad devotionem et pietatem magis excitentur, archiconfraternitatem sub invocatione Ssmae Trinitatis de redemptione captivorum ad pientissima vota illmi ac rdmi dni Trębiński, praepositi cathedralis et infulati Zamoscensis², de consensu, ut moris est, excelmi dni episcopi dioecesis Chelmensis, in ecclesia s. Thomae Apostoli Insignis Collegiatae Zamoscensis, vigore praesentium, dummodo alia eiusdem nominis et instituti confraternitas in praefata ecclesia erecta non sit, praesentibus erigimus, omnibusque utriusque sexus confratribus elargimus et communicamus omnes et singulas indulgentias et privilegia nobis eiusmodi confraternitatibus nominatim et expressae concessa per brevia fel. recordationis Pauli pae V³, de dato Romae 6 augusti 1608 et 6 novembris 1620, quam primum incipit Caelestes thesaurus Ecclesiae, alterum piis christifidelium confraternitates, nec non sanctissimi dni nostri Clementis papae X⁴, quod incipit Alias nos supplicationibus, de data Romae die 3 iunii anno 1673 et recentius a piae memoriae Innocentio papa XI⁵ in bulla incipiente Exponi Nobis, de dato Romae die 10 februarii anno salutis 1680, atque felici regnante ss.d.n. Benedicto XIV⁶ confirmante et ampliante privilegia ordini nostro suis antecessoribus concessa in bulla incipiente Ad futuram rei memoriam, data Romae 16 ianuarii 1744. His igitur privilegiis innixi et de fundo archiconfraternitatis in dicta ecclesia instructi, sperantes inde maiorem Dei gloriam et adminiculum captivorum christianorum, praesentibus manu nostra et per secretarii et chirographo subscriptas sigillique officii nostri appensione munitas fieri iussimus in hac religioso nostro collegio Ssmae Trinitatis Viennensi in Austria. Datum 12 mensis octobris anno redemptionis humanae 1753.

Nr 107

Przywileje odpustowe dla Bractwa Trójcy Przenajświętszej.

Wiedeń, 12 X 1753.

Stanisław od Najśw. Sakramentu, przełożony generalny zakonu trynitarzy, upoważnia ks. J.A. Trębińskiego, dziekana infulata zamojskiego, do przyjmowania członków do Bractwa Trójcy Przenajśw. przy Kolegiacie Zamojskiej oraz komunikowania im łask i przywilejów udzielonych zakonowi przez Stolicę Apostolską.

¹ Stanisław od Najśw. Sakramentu, przełożony generalny zakonu trynitarzy, bliżej nie znany.

² J. A. Trębiński, zob. dokum. nr 95 przyp. 1.

³ Paweł V papież rządził Kościołem w latach 1605—1621.

⁴ Klemens X papież rządził Kościołem w latach 1670—1676.

⁵ Innocenty XI papież rządził Kościołem w latach 1676—1689.

⁶ Benedykt XIV papież, zob. dokum. nr 92 przyp. 1.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 430. Odpusty k. 9 (Pap. 38 × 29 cm z pieczęcią papierową, wyciśniętą przez wosk i podpis własnoręczny Fr. Stanislaus a Ssmo Sacramento, minister generalis).

Benedicta sit Sancta Trinitas. Stanislaus a Ssmo Sacramento totius ordinis — generalis minister¹. Illmo et rdmo dno Trembiński, praeposito cathedrali et infulato Zamoscensi², salutem in eo, qui fons est verae et aeternae salutis. Nil umquam altius menti insedit nostrae, quam Sacrosanctae et Individuae Trinitatis promovere gloriam, ac Christi fidelium voluntates ad amplioris pietatis exercitia, omnique virtutis augmentum inflammare, cooptando in numerum confratrum nostrorum, quatenus participes evadant, non modo frequentiore indulgentiarum, sed et singularium gratiarum, privilegiorum ac indultum apostolicarum s. n. ordini intuitu redemptionis captivorum liberalissime concessorum. Quocirco praecintitatae Illmae Dominationis Vestrae piis desideriis satisfacere cupientes, vigore praesentium, potestatem conferimus cum facultate eam subdelegandi alteri idoneo presbytero ad benedicenda parva scapularia s. religionis nostrae cruce rubei et caerulei coloris insignita eademque imponenda quibuslibet utriusque sexus personis, quae pro sua devotione in nostram archiconfraternitatem adlegi flagitaverint, has admittendo aggregando et albo archiconfraternitatis inscribendo. Item ad dandam absolutionem generalem faciendam communicationem indulgentiarum et bonorum operum (quae per Dei gratiam in s. nostro ordine fiunt) confratribus quinque statutis diebus, videlicet in festo titulari Ssmae Trinitatis, in festo s. Catharinae v. et m., in festo s. Agnetis secundo 28 ianuarii, feria 4 Cinerum, feria 5 Maioris Hebdomadae. Tandem etiam ad communicandam iisdem confratribus indulgentiam plenariam et absolutionem pro vero mortis articulo, ac denique ad obeunda munia omnia iuxta formam in s. nostro ordine consuetam a Sede Apostolica approbatam et in libro archiconfraternitatis passim praescriptam. Praesentibus ad triennium valituris, quo labente apto tempore hae ipsae pro renovatione remittendae erunt. Datis in hoc religioso nostro Ssmae Trinitatis conventu Viennae in Austria, manu nostra ac prosecretarii nostri chirographo subscriptis, sigillis officii nostri appensione munitis die 12 octobris anno salutis 1753. Fr. Stanislaus.

Nr 108

Zapis 500 złp. na roczne odsetki.

Zamość, 5 I 1754.

Egzekutorzy testamentu ks. Paczoskiego zapisują 500 złp. na kamienicy, będącej własnością Fr. i W. Bogdańskich, w zamian za 35 złp. rocznej prowizji.

Czps. WAP Lublin. Nr 35. *Advocatialia Zamoscensia (1749—1755) k. 436—437; tytuł wpisu: Debet flor. 500 mgci Bogdańscy executoribus Paczoskieviczowianis.*

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 52. *Akta i dokumenty, dotyczące kanonikatu penitencjarza fundi Paczosi z lat 1761—1830 s. 21—23 (Kopia z XVIII w. w transumpcie ks. Trębińskiego z 6 VII 1754).*

Actum in officio advocatiali et scabinali Zamoscense feria 6 ante festum Sanctorum Trium Regum proxima anno Domini 1754. Coram officio et actis praesentibus [k. 436'] advocatialibus et scabinalibus Zamoscensibus persona-

¹ Stanisław od Najśw. Sakramentu, zob. dokum. nr 106 przyp. 1.

² J.A. Trębiński, zob. dokum. nr 95 przyp. 1.

liter comparentes mgci Valerianus et Francisca, primo olim mgci Adalberti Stański subdapiferi Podlachiae capitanei Szczebrzeszynensis¹, secundo voto Bogdańska mgci Valeriani Bogdański, thesaurarii Wyszogrodensis² consors, coniuges, sani mentibus — recognoverunt, praesentibus recognoscunt se debere as teneri, veri, meri, puri, iusti liquidique debiti vigore complanationis certae inter mgcum Ioannem Christophorum Zelski, succamerarium Vendensem, S.R.M. et Reipublicae generalem³, perilles adm. rdos M. Paulum Łosiecki, scholasticum Zamoscensem⁴, Balthasarem Dulewski, canonicum cathedrali Chelmensem et Zamoscensem⁵, Thomam Karwosiecki, canonicum Zamoscensem⁶, uti et tanquam perillis olim rdmi dni Valentini Paczoski [k. 437], scholastici Zamoscensis, canonici cathedralis Chelmensis⁷, praepositi Tarnogrodensis, testamentales executores ex una et se mgcos superscriptos et recognoscentes die 3 ianuarii anno currenti 1754 Zamoscii factae summam flor. 500 polon. mgcis perilibus praedictis executoribus Paczoscianis obligant et assureant, eiusdemque summae capitalis flor. 500 polon. maioris firmitatis gratia securitatem super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus et praecipue super sorte lapideae Heynikovscianae, hic Zamoscii inter metas lapidearum honoratorum Bronow, civium mercatorum Zamoscensium, ab una, et honorati Andreae Lessing, civis apothecarii Zamoscensis, parte ab altera, situae et consistentis sibi recognoscentibus per decretum potioritatis in summa flor. 6 millium polon. exdivisa et omnimodam evictionem cavent, inscribunt, invadant et obligant ac compositionem supra de actu exaratam, praesentibus approbat. A qua quidem summa flor. 500 polon. provisionem per flor. 7 [k. 437'] a quolibet centum, incipiendo tempus solvendae provisionis ab actu superscriptae complanationis in decursu anni cuiusvis se soluturos offerunt et obligant. In casu vero non solutionis tam summae capitalis ad requisitionem mgcorum ac perillum dnorum executorum, quam provisionalis in decursu anni currentis subsequendae liberam dant et concedunt in sortem suam praemissae summae proportionatam lapideae Heynikovscianae per officium praesens dandam admittunt intromissionem liberumque eiusdem sortis proportionatae usumfructum tamdiu continuandum, donec praefata summa una cum provisione iisdem bonis haeserit deportataque per se vel successores suos, aut exsoluta non fuerit, concedunt. Alias in forma inscriptionis obligatoriae pro evictione cautionis quam plenissima ac perfectissima recognitionis praesentis vigore. Francisca Bogdańska, W. Bogdański.

¹ Wojciech Stawski, zapewne h. Sremawa, podczaszy podlaski, starosta szczebrzeszyński. K. Niesiecki, dz. c., t. 8 s. 313.

² Walerian Bogdański h. Prus, skarbnik wyszogrodzki, bliżej nie znany.

³ Jan Krzysztof Zelski h. Ogończyk, podkomorzy wendeński, komendant Zamościa. K. Niesiecki, dz. c., t. 10 s. 154.

⁴ Józef Paweł Łosiecki, doktor filozofii i teologii, profesor analogii (1721), poetyki (1734), retoryki (1735), teologii moralnej (1738, 1746), teologii spekulatywnej (1748), kwestor, dziekan i rektor Akademii Zamojskiej; proboszcz w Wilkołazie, następnie w Wielączy, kanonik (1736), a później scholastyk zamojski. Zmarł w r. 1766. Wiadomość o profesorach s. 53.

⁵ Baltazar Dulewski, zob. dokum. nr 94 przyp. 1.

⁶ Tomasz Karwosiecki, doktor filozofii i obojga praw. Początkowo wykładał na Uniwersytecie w Krakowie, a od r. 1743 w Zamościu. Tu w latach 1743—1746 wykładał analogię, następnie retorykę i dialektykę (1747), logikę (1750), wymowę (1752) i prawo polskie (1753). Był nadto kanonikiem zamojskim i proboszczem w Białej. Zmarł 22 XII 1799. Wiadomość o profesorach s. 57.

⁷ Walenty Paczoski, zob. dokum. nr 98 przyp. 4.

Nr 109

Erekcja dwóch penitencjarzy przy kolegiacie.

Zamość, 6 VIII 1754.

Jan Aleksander Trębiński, administrator diecezji chełmskiej i dziekan infulat zamojski, na prośbę ks. B. Dulewskiego, przedłożoną w imieniu egzekutorów testamentu ks. W. Paczoskiego, zatwierdza i eryguje dwie prebendy penitencjarskie dla dwóch kapłanów diecezjalnych przy Kolegiacie Zamojskiej. Prawo prezenty i patronatu przysądza Kapitulie Zamojskiej. Uposażenie obydwu prebend wynosi łącznie 14 tys. złp., zabezpieczonych na dobrach ruchomych i nieruchomościach. Do obowiązków penitencjarzy należy codzienne spowiadanie wiernych w Kolegiacie Zamojskiej oraz odprawienia dwóch mszy św. w tygodniu w pewnych intencjach.

Or. nie znany¹.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 52. Akta i dokumenty, dotyczące kanonikatu penitencjarza fundi Paczoski z lat 1761—1830 s. 20—28; tytuł: Erectio originalis primaeva pro duobus poenitentiaris penes Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem (Kopia z XVIII w.).

In nomine Domini amen. Ioannes Alexander a Tremblin Trębiński² ——. Cunctis et ubique pateat et sit notum, quomodo satisfacere volens obligationi testamentariae perillis olim Valentini Paczoski, IUD cathedralis Chelmensis canonici, Zamoscensis scholastici, in Tarnogród praepositi³, testatoris sui, illustris et adm. rdus M. Balthasar Dulewski, S. Theol. doctor et professor canonicus Zamoscensis⁴, coram nobis pro tribunali sedentibus personaliter comparens, suo necdum illustrium rdorum et mgcorum Pauli Łosiecki, scholastici⁵, Thomae Karwosiecki canonici Zamoscensium⁶, tum mgci Ioannis Christophori Zelski, succamerarii Vendensis, exercituum S.R.M. et reipublicae generalis⁷, uti coexecutorum testamenti suprascripti perillis olim Paczoski nomine actor principalis, in termino hodierno ex literis cridae, debite, ut a tergo earundem apparebat, executis, provenienti, in diem hodiernam legitime incidenti, contumaciam omnium et singulorum sua ex adverso ius aliquod aut interesse ad infra scriptam fundationem se habere putantium vel praetendentium, dictis literis cridae citatorum et non per se, nec per quempiam legitimum procuratorem aut mandatarem, comparentium, accusavit et in eorum contumaciam productis inscriptionibus, cessionibus et obligationibus authenticis pro summis infra specificandis una cum censu annuo reemptionali in rem, fundationem et erectionem duorum poenitentiariorum saecularium in Ecclesia Collegiata Zamoscensi eosdem constituendos et salariandos officiose ac in forma iuris factis et effectuatibus, quarum inscriptionum et documentorum, et quidem primo inscriptionis summa 500 flor. polon. super sortibus mgcorum Bogdańskie lapideae quondam Heynicovscianae in civitate Zamoscensi sitae tenor sequitur talis:

¹ ADL A nr 131. Acta administrativa R.D. Alexandri Tremblinski, sede vacante episcopatus Chelmensis administratoris, nec non acta Officialatus Chelmensis ex annis 1753—1756 k. 34—36' — jest ingrosowany tylko testament ks. W. Paczoskiego, a nie potwierdzenie fun-

² Jan Aleksander Trębiński, zob. dokum. nr 95 przyp. 1.

³ Walenty Paczoski, zob. dokum. nr 98 przyp. 4.

⁴ Baltazar Dulewski, zob. dokum. nr 94 przyp. 1.

⁵ J.P. Łosiecki, zob. dokum. nr 109 przyp. 4.

⁶ T. Karwosiecki, zob. dokum. nr 109 przyp. 9.

⁷ J.K. Zelski, zob. dokum. nr 109 przyp. 3.

(Następuje dokument nr 109).

Secundae inscriptionis 10 millium flor. polon. in synagogis Turobinensi et Tomaszoviensi tenor sequens:

(Następuje dokument nr 104).

Insuper in auctionem dictae foundationis produxit summam 2 millium flor. polon. in parata pecunia ex rebus testatoris sui divenditis collectam, quam in mensa iudicii data opportunitate in bonis mundis locandam praesentavit, ac suprascriptas summas una cum censu annuo reemptionali confirmari, ratificari, immunitati ecclesiasticae incorporari et in viscerari, ac in iisdem duas praebendas poenitentiales in Ecclesia Collegiata Zamoscensi erigi, erectas approbari, ius patronatus ad praesentandum personas habiles Vbli Capitulo Zamoscensi plenum dari et concedi, ea tamen conditione, ut dictae praebendae poenitentiales cum canonicatibus vel beneficiis curatis sint incompatibiles, census a summa praefata 14 millium flor. polon. in duas partes aequales divisum utrique poenitentiario aequaliter assignari, oblationes iuxta mentem testatoris, nimirum ut quotidie incipiendo a primo sacro sive missa primaria usque ad finem devotionis matutinae in confessionalibus praefixis confessiones excipiendo ambo simul superpellicati quotidie continuo sedeant, quodsi contigerit (ut non id frequenter diebus praecipue feriatis praticari solet) nullum adesse poenitentem, ipsi nihilominus usque ad praefinitum tempus sua confessionalia ambo nullatenus deserant, qualibet septimana uterque eorum duas missas, unus pro anima Valentini sacerdotis, alter pro anima Adalberti in capella s. Ioannis Cantii absolvant, rdmō decano infulato pontificaliter celebranti semper assistant, processionibus ac sub tempus vesperarum diebus festis in stallis minoribus adsint, iniungi, decerni et observari mandari, debita cum instantia postulavit.

Nos itaque administrator generalis sede vacante episcopatus Chelmenensis, Christi nomine invocato, visis literis cridae debite executis, omnes et singulos dictis literis cridae citatos et non comparentes, contumaces reputavimus et in eorum contumaciam lectis inscriptionibus, cessionibus, obligationibus officiosis supra scriptis pro summa in solidum 14 millium 500 flor. polon. in censum perpetuum reemptionalem pro fundatione, dotatione et erectione duorum poenentialium in Ecclesia Collegiata Zamoscensi, cautorum et assecratorum, cupientes decoris domus Dei in dies magis ac maius fieri incrementum, in subsidium animarum et commodum Christi fidelium, summas praefatas iuri ecclesiasuo et immunitati spirituali perpetuis temporibus addiximus, approbavimus roburque autoritatis nostrae pariter et decretum de super apposuimus, duas praebendas poenitentiales pro presbyteris saecularibus in Ecclesia Collegiata Zamoscensi ereximus, census a praefatis summis provementem et iuxta inscriptiones obligationes atque assecurationes disponendum futuris poenitentiariis successive existentibus percipere concessimus, eumque ita, ut dicti poenitentiarii eundem censum in duas partes aequales inter se dividant et annuatim percipiant, disposuimus, summam 2 millium flor. polon. in parata pecunia coram nobis producta in bonis mundis in censum reemtionalem locari et de locata nobis iudicioque nostro rationem reddi mandavimus, obligationibus sui fundatoris, ut omnino satisfaciant, nimirum ut quotidie incipiendo a primo sacro primaria dicto usque ad finem devotionis matutinae in confessionalibus per Vble Capitulum Zamoscense praefixis, confessiones excipiendo, ambo superpellicati quotidie, diebus ferialibus mi-

nime exceptis, non attento etiam poenitentium confessione indigentium defectu, continuo ambo simul sedeant. Qualibet septimana quivis illorum duas tantummodo missas ob respectum laboris eorum in confessionalibus, unus nimirum pro anima Valentini sacerdotis, alter vero pro anima Adalberti in capella s. Ioannis Cantii absolvant, rdmō decano infulato pontificaliter celebranti semper assistant, processionibus, nec non vesperis in stallis minoribus diebus festis intersint, iniunximus et demandavimus. Ius patronatus ad praesentandum personas habiles et idoneas, muneri huius et loco pares, modo non sint canonici vel beneficiati curati, Vbli Capitulo Zamoscensi plenum et perpetuum dedimus, concessimus et relinquimus, prout damus, concedimus et reliquimus decreto praesenti ad praemissa mediant. In quorum fidem ——. Actum et datum Zamoscii in residentia decanali die mercurii 6 mensis iulii anno 1754. J. A. Trębiński.

Nr 110

Wprowadzenie przez Radę Miasta Zamościa Bractwa Różańcowego w posiadanie roli „Sokołowska”.

Zamość, 30 VIII 1755.

Czps. WAP Lublin. Nr 35. *Advocatia Zamoscensia k. 554'—555'*; *tytuł wpisu*: Intromittitur in praedium Sokolovianum Confraternitas Ss. Rosarii.

Kop. ADL A nr 133. *Acta iudicialia et episcopalia R.D. Valentini Francisci Salesii Wężyk, ep. Chelm. 1756—1765 k. 256'—257 (W transumpcie biskupa Wężyka z 15 V 1765).*

Actum in officio advocatiali et scabinali Zamoscensi sabbato ante festum s. Aegidii abbatis proximo anno Domini 1755. Vigore decreti officii praesentis advocatialis et scabinalis Zamoscensis inter spectabilem provisorem Ssmi Rosarii nomine totius confraternitatis actorem et nobilem Charlecka¹ in assistentia spectabilis Ioannis Lubecki comparentis, citatam feria 2 ante festum Beatissimae Virginis Mariae proxima anno Domini 1745 ad instantiam adm. rdi Thomae Kotonowicz, capellae Ssmi Rosarii Beatae Mariae Virginis [k. 555] promotoris², tum spectabilis ac honorati Ioannis Misiaczekiewicz, consulis et eiusdem capellae provisoris³ et ad intromittendum eosdem instantes in praedium alium spectabilem Mathiae et Catharinae de domo Zawistowska Sokołowskich coniugum, in suburbio Kozacka ulica dicto existentium, condescendit officium praesens advocatiale et scabinale Zamoscense per spectabilem ac hblem Franciscum Hasse, advocatum⁴ et honoratum Hyacinthum Strocki⁵ et Antonium Pliszekiewicz⁶, scabinos Zamoscenses una cum notario officii sui substituto. Qui spectabiles ac honorati advocatus et scabini una cum notario officii sui substituto condescendentes praedictos instantes seu confraternitatem Ssmi Rosarii Beatissimae Virginis Mariae in praedictum praedium Sokolovscianum [k. 555'] ad exsolutionem summae 500 flor., iisdem bonis haerentium, una cum provisione ab ultima quietatione provenientem, praevia trina proclamatione per providum Michaellem Podwysocki ministerialem officii praesentis⁷ facta, nemine impugnante, neque contradicente, intromiserunt. Quod est actis praesentibus connotatum.

¹ *Charliński vel Charłęscy h. Bończa mieli posiadłości w Lubelskiem. J.N. Bonteki, dz. c., t. 2 s. 345.*

² *Tomasz Kotonowicz, kapelan Bractwa Różańcowego w Zamościu, bliżej nie znany.*

³ *Jan Misiaczekiewicz, wójt miasta Zamościa, bliżej nie znany.*

⁴ *Franciszek Hasse, wójt miasta Zamościa, bliżej nie znany.*

⁵ *Jacek Strocki, tawnik rady miejskiej w Zamościu, bliżej nie znany.*

⁶ *Antoni Pliszekiewicz, tawnik rady miejskiej w Zamościu, bliżej nie znany.*

⁷ *Michał Podwysocki, urzędnik rady miejskiej w Zamościu, bliżej nie znany.*

Nr 111

Przywileje odpustowe dla Bractwa Niepokalanego Poczęcia NMP.

Rzym, 15 III 1758.

Papież Benedykt XIV udziela przywilejów odpustowych ołtarzowi Bractwa Niepokalanego Poczęcia NMP w kaplicy przy kolegium Akademii Zamojskiej.

Or. AGAD, dokum. perg. 7075 (Dokum. 44 × 10,5 + 6 cm., bez pieczęci, z dopiskami in dorso z XVIII—XX w.).

Benedictus pp. XIV¹. Ad futuram rei memoriam. Omnium salutem paternam caritate intenti, sacra interdum loca spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animae Domini nostri Iesu Christi eiusque sanctorum suffragia meritorum consequi et illius adiutae ex purgatorii poenis ad aeternam salutem per Dei misericordiam perducere valeant. Volentes igitur capellam publicam sitam intra Collegium Universitatis Studii Generalis nuncupati oppidi civitatis pariter nuncupati Zamoscii, Chelmensis dioecesis, et in ea situm altare Confraternitatis scholarium sub titulo Conceptionis BMV Immaculatae, simili ad praesens privilegio minime decoratum, hic speciali dono illustrare de omnipotentis Dei misericordia ac bb. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ut quandoquunque sacerdos aliquis in die Commemorationis Defunctorum et singulis diebus infra illius octava, ac in una cuiuslibet hebdomada per ordinarium designata pro anima cuiusvis confratris et consororis dictae confraternitatis, quae Deo in caritate coniuncta ab hac luce migraverit, ad praefatum altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut eiusdem Domini nostri Iesu Christi ac Beatissimae Virginis Mariae Sanctorumque Omnium meritis sibi suffragantibus, a purgatorii poenis liberentur, concedimus et indulgemus. In contrarium non obstantibus quibuscunque. Praesentibus ad decennium horum valituris. Datum Romae apud s. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 15 III 1758, pontificatus nostri 18.

Nr 112

Przywileje dla Bractwa Literackiego.

Rzym, 15 III 1758.

Benedykt XIV, papież, udziela odpustów częściowych dla scholarów Akademii Zamojskiej, zrzeszonych w Bractwie Niepokalanego Poczęcia NMP, pod zwykłymi warunkami. Natomiast odpustu zupełnego udziela tylko w dniu przyjęcia do bractwa i in articulo mortis, oraz w dniu patronalnym bractwa pod zwykłymi warunkami.

Or. nie znany.

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 130. *Approbatio erectionis Confraternitatis Literatorum tit. Immaculatae Conceptionis BMV in Ecclesiae Collegiata s. Ioannis Baptistae Varsaviae existentis a.D. 1677 s. 1.*

Benedictus pp. XIV¹. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus in capella publica sit intra Collegium Universitatis Studii Generalis oppidi Zamość, dioecesis Chelmensis, una pia Christi fidelium scholarium tantum

¹ Pap. Benedykt XIV, zob. dokum. nr 92 przyp. 1.

¹ Benedykt XIV papież, zob. dokum. nr 92 przyp. 1.

confraternitas sub titulo Conceptionis Beatissimae Mariae Virginis Immaculatae canonice erecta existat, cuius confratres quam plurima pietatis opera exercere intendunt. Nos, ut confraternitas maiora suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei misericordia confisi omnibus Christi fidelibus scholaribus tantum, qui dictam confraternitatem in posterum ingrediuntur die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi Smae Eucharistiae sacramentum sumpserint, plenariam in cuiuslibet eorum mortis articulo si contriti Nomen Iesu ore vel saltem corde devote recitaverint, vel si praefatae confraternitatis ecclesiam, seu oratorium vel capellam die festo principali dictae confraternitatis, per eosdem confratres semel tantum eligendo et ab ordinario approbando, a primis vespers usque ad occasum solis diei singulis annis devote visitaverint et ibi pro christianorum principum concordia, haereseum extirpatione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum effunderint preces, plenariam similiter peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romae apud s. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 15 martii 1758, pontificatus nostri anno 18.

Nr 113

Statuty Seminarium Duchownego przy Kolegiacie Zamojskiej.

[Zamość, 1758].

Statuty niniejsze składają się z trzech części: pierwsza omawia porządek dnia; druga, obejmująca tzw. leges, dotyczy spraw natury dyscyplinarnej; trzecia omawia obowiązki, ciążące na seminarzystach z tytułu przebywania w Seminarium Zamojskim.

Or. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 274. *Ordinationes et leges Seminarii (Poszyt pap., opr. w skórę, 15×19,5 cm., bez pieczęci i podpisu) ss. 14.*

Druk. *Wiadomość o profesorach s. 222 n. (w streszczenu).*

In nomine Domini amen. Constitutiones et leges Seminarii Clericorum ad Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem.

O r d o Seminarii:

1° Singulis diebus hora quinta pulsus datur, postquam vadit lector mensae et excitat singulos, excitati, facta devota elevatione mentis ad Deum, induti ac loti omnes pro precibus matutinis ad refectorium (quod locum oratorii tenet) conveniunt.

2° Quadrante pro sexta itidem pulsus datur et mox inchoatur preces, quibus per unum quadrantem peractis praelegit meditatio punctatim cum intervallo reflexionum, quae protrahitur usque ad sonitum horae sextae.

3° Hora sexta, si non sit dies festus aut dominicus, vel silentium a lectionibus, vadunt omnes ad propria cubicula, ibique lectiones scholasticas discunt. Si vero sit dies festus aut dominicus, mox finita meditatione sit conferentia spiritualis et indagatio, quantum fructus aliquis ex praelecta meditatione perceperint. Postea unus superiorum brevem de eadem materia facit exhortationem, vel separant pro concionibus in refectorio per turnum [s. 3] habendis, vel lectiones aut theologiam moralem legunt. Quo si sit dies confessionis pro confessione se parant.

4° Hora septima lectiones scholasticas discunt ad octavam, si vero sit dies

festus vel dominicus post primaria ad ecclesiam vadunt, post quam primam cum rdis vicariis cantant.

5^o Hora octava et nona lectiones audiunt in Academia a superioribus sibi praefixas. Si vero sit dies festus aut dominicus, reversi ex ecclesia post primam decantatam studio alicui sibi convenienti vacant; audito vero pulsu pro summo sacro simul omnes superpellicciati ad ecclesiam vadunt. Post summum vero sacrum nonam cum rdis vicariis cantu distincto, sistendo in asteriscis (prout primam atque completorium similiter) decantabunt. Hora decima missam audiunt in oratorio academico aut in ecclesia.

6^o Undecima prandium, post prandium cantus choralis per quadrantem, liberum tempus reliquum ad primam.

7^o [s. 4] Hora prima pulsatur campanula pro studio sicque singuli in propriis cubiculis discunt et se ad scholas parant.

8^o Hora secunda lectiones praefixas in Academia audiunt.

9^o Hora quinta conferentia et examen ex lectionibus totius diei.

10^o Hora sexta coena.

11^o Hora septima conferentia ex patre Antoine¹ ad octavam, pro qua fit pariter pulsus campanae simul pro aliis omnibus obligationibus. Idque fit exceptis diebus festis et feriis quintis. Quodsi immineat festum feria sexta. etiam feria quinta haec lectio nec vacabit.

12^o Hora octava pulsatur pro precibus vespertinis.

13^o Hora nona pulsus fit pro silentio et supradictus lector mensae omnium habitationes circuit ac omnibus candelam extinguit, propriam vero tunc, cum ad cubiculum redibit, idque statim post quam se exornaverit.

14^o Diebus dominicis mane, si a confessione erunt liberi, quidquid supererit temporis ab ecclesiastica devotione supervacanei lectioni et scriptioni scholasticae (ut supra intimatum) impediunt. [s. 5] Si vero tali die immineat confessio, lectioni spirituali et conscientiae examini vacant, ac ad sumendam Eucharistiam se praeparent. A prandiis finito tempore Resurrectionis hora prima se exercent in cantu choralis, administratione practica sacramentorum, caeremoniis, vel catechesi omnes intersunt, reliquum tempus consumitur in studiis et repetitione lectionum, praeparatione pro disputantibus.

Leges Seminarii:

1^o Aspirantes ad Seminarium curare debent, ut prius literas testimoniales natalium, tam etiam studiorum secum habeant, praecipue si sint exteri. Nullus porro ad Seminarium adscribi poterit, nisi capitulariter et praevio examine studiorum et quidem clericus quilibet circa admissionem suam obligare se debeat, quod ad sacerdotium non aliter se conferat, nisi praevia dispositione Vblis Capituli Zamoscensis.

2^o [s. 6] Quicumque ad Seminarium admittuntur memores sint se teneri non solum leges, et constitutiones Seminarii observare, verum etiam et pietate in Deum, devotione erga Deiparam, speciem filiorum Dei de se praebeant, submissionem intellectus et voluntatis, flexibilitatem practicam ostandant, ut prudenter conici possit, quod clericalem statum fructuose suo tempore sint exornaturi.

3^o Prima cuiusvis mensis dominica, item festis primae et secundae classis, omnes peccata sua sacramentaliter confitebuntur coram uno vel ad summum coram binis ad hoc specialiter deputatis confessariis. Ad sacram vero com-

¹ Antoine, bliżej me znany autor ascetyczny.

munionem non in privatis missis, sed in summo sacro his diebus accedent, idque decenti ordine.

4° Post preces matutinas litanias de Sanctissimo Nomine Iesu, post vesperas vero de Beata singulis diebus recitandas, pro fundatoribus et benefactoribus tam vivis, quam defunctis applicabunt. Insuper horum memores erunt in missis, orationibus privatis et sacerdotum [s. 7] per Dei gratiam adepti in memento.

5° Tempore devotionis, si cum rdis vicariis non cantaverint, habeant omnes libros precatorios, in quibus orent ita, ut mente et corpore sint praesentes in ecclesia sub tempus summi sacri, stando ad latera maioris altaris, sub tempus vero concionis et horarum propria stalla occupando, non oculis divagando, nec sacristiam visitando, nisi propter altaris ministerium.

6° Hebdomadalem officiorum suorum distributionem, non ad libitum, sed ex praescripto servabunt, sine ulla maioritatis exceptione et singularitate.

7° Sine licentia et sine socio nulli umquam ex Seminario exire licebit, etiam ad Ecclesiam Collegiatam et Academiam, multo magis ad plateam aliquam civitatis. Cum licentia autem et cum assignato sibi socio illo solum tempore exire poterunt, qua a communibus officiis erunt liberi [s. 8], nec sub praetextu concessae licentiae ad unum locum audeant deflectare ad alium, aut ultra praefixum tempus commorari.

8° Sive ad templum sive e templo, item ad Academiam sive ex Academia, item recreationis vel alia de causa exeuntes vel redeuntes ab invicem non separentur, sed omnes et singuli semper in uno maneant congressio.

9° In Seminario manentes ad inferiores sphaeras non descendant extra urgentem necessitatem et tempus prandii, vel aliorum officiorum in refectorio absolvendorum.

10° (Cały punkt skreślony i całkowicie zamazany, nieczytelny).

11° Ad mensam se quam modestissime gerant, lectioni spirituali serio attendentes, ut dum corpus pascunt, anima non esuriat.

12° Crapula et ebrietas et in specie usus cremati [s. 9] prohibetur omnibus severissime.

13° Unus alterum non confundat, non irrideat, non contemnat, multo magis ictu etiam levissimo non afficiat, nec privata autoritate vindictam sumat, de quopiam etiam infirmo, sed si qui inter se habuerint superiori deferant, iustitiam administrari postulent.

14° In scholis et ubique confidentiam et collocationem crebrem cum saecularibus fugient, eosdem ad Seminarium non invitent, quodsi sponte venerint, ad superiorem sphaeram nullatenus ascendere poterunt. Feminas vero, si negotium postulaverit, ante portam Seminarii breviter expediant, quantumvis consanguineae vel affines sint.

15° Munditiam, tam circa se quam circa lectisternia et circa habitationes suas, exactissime servent; mensae, parietibus nullas notas impriment, mappas extersione cochlearium [s. 10] vel cultrum non maculent.

16° Honorem et reverentiam exhibeant in omni loco sacerdotibus, neque de iis sicut et de quibusvis aliis mala numquam loquantur.

17° A scholis nulli umquam absentari licebit, sine speciali facultate, similiter ab ecclesiasticis functionibus.

18° Actibus disputationum tam publicarum, quam privatarum in Academia omnes interesse tenebuntur.

19° Usus Latinae linguae perpetuo vigeat in Seminario, neque vulgari sermone utantur quispiam, exceptis diebus recreationum, idque habita facul-

tate suorum superiorum. Quae lex, ut eo firmiter permaneat, huius attendentiam serio lectori commendamus.

20° Sub tempus interstitutionum officium divinum recitabunt, idque hora quarta pomeridiana, dictis vesperis statim incipient [s. 11] matutinum sequentis diei, in cractino vero post meditationem reliquas horas absolvent.

21° Ut promptiores ad labores spirituales sint, semel in anno conceduntur ipsis vacationes, idque a festo s. Mariae Magdalenae ad festum Nativitatis Beatissimae, in cuius pervigilio post prandium omnes indispensabiliter comparare tenebuntur in Seminario ante vesperas sub poena arbitraria. Quo tempore vacationum licebit ipsis vel rdo parochos, vel parentes aut alios consanguineos cum scitu tamen et concessione praefecti adire.

22° Ordinationes praesentes et leges Seminarii singulis mensibus semel ad mensam tempore prandii post lectionem spiritualem perlegantur.

23° Pro suis erratis et legum transgressionibus, quasvis obiurgationes, mulctas et poenas cum debita submissione, sine ulla murmuratione et tergiversatione suscipient, ad sui profectum et ad Domini nostri Iesu Christi gloriam, qui est benedictus in saecula. Amen.

Obligations:

1° [s. 13] Tenentur omnes clerici ex vi foundationis Skrybaczovianae² dicere quinque Pater et quinque Ave, Credo in honorem vulnerum Christi Domini singulis feriis sextis pro anima Bartholomaei Skrybaczewski, parochi Tartakoviensis³.

2° Tenentur item ex vi foundationis illmae Theresiae de Mochovsciis, ordinatae Zamoyska, palatina Lublinensi⁴, ad audiendam missam singulis diebus dominicis ad intentionem praefatae illmae Theresiae, fundatricis⁵ tum ad intentionem filii eius, illmi Clementis ordinati Zamoyski⁶, nec non absolvere confessionem et communionem quavis dominica prima mensis ad intentionem praefatorum illmorum Theresiae et Clementis.

3° Tenetur praefectus Seminarii ex vi praefatae foundationis absolvere per se vel per alium singulis mensibus quatuor missas, duas ad intentionem illmae Theresiae Zamoyska, duas pro anima Clementis ordinati Zamoyski, pro quorum singulis assignati sunt florenus unus et grossi octo; possunt tamen eiusmodi missae anticipative diei, prout declaravit ipsa illma fundatrix Zamoyska.

4° Tenetur praefectus Seminarii vi eiusdem foundationis provisionem a flor. mille videlicet flor. 50 erogare in pauperes, idque singulis annis.

Nr 114

Pierwsza erekcja kanonikatu penitencjarza.

Skierbieszów, 16 X 1761.

Walenty Franciszek Salezy Wężyk, biskup chełmski zatwierdza fundację ks. Walentego Smarzyńskiego i eryguje kanonikat penitencjarza przy kolegiacie zamojskiej w miejsce dotychczasowej prebendy penitencjarii. Prawa

² Zob. dokum. nr 27.

³ Bartłomiej Skrybaczewski, zob. dokum. nr 27 przyp. 7.

⁴ Zob. dokum. nr 120.

⁵ Teresa z Michowskich Zamoyska, żona Tomasza ordynata Zamoyskiego, wojew. lubelskiego (1738). W. Dworzaczek, dz. c., tabl. 135, 143.

⁶ Klemens Zamoyski (1747—1767), 8 ordynat, starosta ploskirowski i tarnowski, żonaty z ks. Katarzyną Czartoryską. W. Dworzaczek, dz. c., tabl. 135.

prezenty i patronatu przysądza kapitule zamojskiej. Uposażenie kanonii będzie obejmowało dotychczasowe beneficjum prebendy penitencjarzii a nadto czynsze od 2000 złp., zapisanych na dobrach żydowskich w Zamościu.

Czps. ADL A nr 133: *Acta iudiciaria et episcopalia R.D. Valentini Francisci Salesii Wężyk ep. Chelm. 1756—1765 k. 139'—140'.*

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 52: *Akty i dokumenty dotyczące kanonikatu penitencjarza fundi Paczoski z lat 1761—1830 s. 29—33, 46—50 (Kopia z r. 1782).*

Anno Domini 1761 die 16 octobris Skierbieszoviae. Coram illmo et rdmo dno Valentino Francisco Salesio comite de Osiny Wężyk¹ — in eius publica causerum audientia comparens personaliter illustris adm. rdus Valentinus Smarzyński in Ecclesia Collegiata Zamoscensi canonicus et poenitentiarius Paczovianus² erectionis actor principalis, in termino ex literis cridae debite sub data mensis et anni currentis, ut a tergo earundem apparebat, executis, in diem hodiernam proveniente, contumaciam omnium et singulorum sus ex adverso ius vel interesse aliquod ad praebendam praedictam Poczovianam fundi communiter vel divisim se habere putantium et quomodolibet praetendentium, dictis literis cridae citatorum contumaciam, reproducto scripto manuali super summam 2 millium flor. polon. in bomis infidelis Memla, incolae et mercatoris Zamoscensis haerentem et sub die 17 mensis augusti assecuratam³, atque pro tutiori eiusdem summae locationi in forma iuris, quam plenissime inscribendam esse, sui actoris propriam praebendae eidem poenitentiariae foundationis Paczovianae in dicta Collegiata Zamoscensi iam olim fundatae in vim reemptionis census ad eandem praebendam vigore primaevae erectionis spectantis, quotannis percipiendae, tum in virtute recursus vblis capituli eiusdem collegiatae, quo mediante idem suus principalis dictam praebendam poenitentiariam ad titulum canonicatus in memorata ecclesia collegiata cum omnibus capitulo eidem convenientibus privilegiis, ratione affundationis eiusdem summae erigi curaverat et obrinuit sub actu in capitulo partiali, vigore decreti in capitulo generali Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae die 16 septembris lati⁴, eandem praebendam Paczovianam in Collegiata Zamoscensi iam olim pro poenitentiario erectam super praedictam summam 2 millium flor. polon. auctam ad canonicatum atefatae ecclesiae collegiatae elevari, erigi omnibusque praerogativis futuro pro tempore eiusdem canonicatus et praebendae Paczovianae poenitentiario, prout reliqui dni canonici eiusdem collegiatae gaudent, gaudere decerni, onera et obligationes tam intuitu primaevae foundationis ex censuum, quam a nunc superaddita summa 2 millium flor. polon. percipiendum aeviternis temporibus imponi et assignari, ad eaque explenda futuros poenitentarios sub vinculo conscientiae obligari, ius patronatus, cui de iure venerit, in perpetuum, tum eandem summam capitalem una cum censu annuo reemptionali ab eadem proveniente,

¹ *Walenty Franciszek Salezy Wężyk h. Wąz, studiował w Rzymie, gdzie uzyskał doktorat praw, kapłanem został w 1733 r., a następnie kanonikiem i oficjałem wieluńskim (1735), kanonikiem gnieźnieńskim fundi Oblaczkowo (1742), płockim (1740) i krakowskim (1744). W r. 1752 został biskupem chełmskim, a w r. 1765 — biskupem przemyskim. Zmarł 25 X 1766. J. Korytkowski: *Pralaci i kanonicy*, t. 4 s. 275—279.*

² *Walenty Smarzyński, kanonik zamojski (1757), współfundator kanonii penitencjarzkiej. F. Stopniak, dz. c. s. 195.*

³ *WAP Lublin. Nr 37. Advocatialis Zamoscensia (1760—1772) k. 108'—109; tytuł wpisu: Per illis et adm. rdus Smarzewski de summis introcontentis quietat.*

⁴ *WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 415: Acta capitulorum, t. 3 (1750—1825) s. 57.*

libertati et immunitati ecclesiasticae, tum eidem futuro poenitentiario pro tempore existenti adscribi, incorporari, inuiserari, robur autoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et decreto desuper apponi, defectus omnes, si quidem praemissa irrepserint, suppleri, ceterasque etc. debita cum instantia postulavit.

Qui illmus excelmus et rdmus dnus iudex loci ordinarius, sedens pro iudiciis, attento termino ex literis cridae debite, ut a tergo earundem apparebat, executis sub die 2 mensis octobris anni currentis, legitime in diem hodiernam proveniente, ante omnia omnes et singulos, sua ex adverso ius vel interesse aliquod ad praebendam poenitentiarium se habere putantes, dictis literis cridae citatos et nullatenus comparentes, diutius ultra horam audientia expectatos, contumaces prout merito erat reputavit. Inque eorum contumaciam, lecto scripto manuali ad interim de data eius in Zamość anni currenti die 17 mensis augusti manibus infidelium iudaeorum Herszko Mendlowicz et Mendla Szymanowicz, coniuges mercatores Zamoscenses manibus propriis subscripto, ad acta arcis Zamoscensis ad roborationem porrigendo⁵, quo mediante iidem infideles Iudaei sese subscribentes, summam 2 millium flor. polon. ad mentem primaevae foundationis eiusdem praebendae poenitentiarum in censum annum reemptionalem quotannis pendendum in et super bonis generaliter omnibus, tum et in mercenariis per septem flor. a quolibet centum sese submiserunt, deinde viso et lecto maturaque deliberatione trutinato consensu capituli in Ecclesia Collegiata Zamoscensi vigore cuius super summa praefata 2 millium flor. polon. dictae poenitentiarum praebendae fundi Paczovianae applicata, canonicatum fundari idem vble capitulum Collegiatae Zamoscensis permisit sub actu in capitulo partiali, vigore decreti in capitulo generali Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae die 16 mensis septembris eandem summam capitalem 2 millium flor. polon. efficientem securius locandam, in post una cum censu annuo reemptionali per 7 a quolibet centum pendendo, libertati et immunitati ecclesiasticae adscribendam, incorporandam, inuiserandam dictae praebendae poenitentiarum primitivae erectae huiusque pro tempore existentibus ad toties dictam Ecclesiam Collegiatam Zamoscensem poenitentiariis applicandam esse censuit, ac in virtute eiusmodi consensus capitularis, attentaque munificentia illustris actoris in promovendo cultu divino, eandem praebendam poenitentiarum in titulum canonicatus in eadem ecclesia collegiata evehendam, extollendam et erigendam cum omnibus privilegiis et libertatibus praelatis et canonicis altefatae ecclesiae collegiatae servientibus, vocem in capitulo et stallum in choro congruentibus, futuros pro tempore existentes praebendarios Paczovianae foundationis habere declaravit. Ius patronatus ad mentem primae foundationis eiusque praebendae poenitentiarum vbli capitulo Collegiatae eiusdem Zamoscensis reservavit. Onera et obligationes intuitu perceptionis census a summa 2 millium flor. polon. nunc affundata, nempe quatenus suus pro tempore existens dictae foundationis Paczovianae praebendarius quolibet mense per annum unam missam lectam, post sera vero fata pro anima moderni affundatoris Valentini sacerdotis eiusque consanguineorum coram aliquo ex privilegiatis altaribus in eadem Ecclesia Collegiata Zamoscensi absolvet, tum in reliquis missis toties quoties celebrandis eiusdem Valentini sacerdotis animam et eius consan-

⁵ WAP Lublin. Nr 14: Acta iudic. suprem. tribunalis civitatum domini Zamosc. (1758—1772) k. 391 nn. nie posiada tego dokumentu.

guineorum Altissimo per memento commendet, et ad ea explenda sub onere conscientiae obligandum esse sententiavit. Defectus omnis iuris et facti, si qui circa praemissa intervenerint, supplevit et sanavit, literasque approbationis, erectionis, affundationis et alias desuper necessarias ex cancellaria sua relaxari mandavit, robur auctoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis iisdem apponendo, uti quidem reclarat, sententiat, sanat, mandat decreto praesenti ad praemissa mediante.

Nr 115

Zapis ks. W. Smarzyńskiego na rzecz kolegiaty.

Grabowiec, 22 XII 1761.

Walenty Smarzyński, kanonik zamojski zapisuje 2000 złp. na powiększenie majątku prebendy penitencjarza przy kolegiacie zamojskiej. Kapitał ten zabezpiecza na dobrach wsi Udrycze, własności A. Deboli, podstarościego grabowieckiego. Czynnosc roczny w wysokości 140 złp. będzie wypłacany w dwóch ratach.

Czps. WAP Lublin. Nr 71: *Castrensia Grabovecensia. Inscriptiones s. 471—472.*

Kop. WAP Lublin. Zesp. Kap. Zam. Nr 415: *Acta capitulorum generalium, tam ordinariorum quam extraordinariorum, per praelatos et canonicos Insignis Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis celebratorum. Vol. 3 (1750—1825) s. 59—60 (W transumpcie biskupa Węzyka z 15 I 1762).*

Actum in castro Grabovecensi feria 3 in crastino s. Thomae Apostoli anno Domini 1761. Ad effectationem partis, cuius interest, personaliter et officiose factam, officium praesens castrense capitaneale Grabovecense inscriptionem certam prothocollo inscriptionum depromptam tenoris sequentis: Perillis adm. rdus Valentinus Smarzyński, canonicus Zamoscensis¹ sanus etc. recedendo recognovit. Quia ipse summam 2000 flor. polon. in augmentum praebendae poenitentialis fundationis Paczovianae in Ecclesia Insignis Collegiatae Zamoscensis eiusque in canonicatum erigendae inscribit hac omnibus dictae praebendae possessoribus suisque in eam succedaneis obligatione imposita, ut omnes dictae praebendae possessores ac sui in eam succedanei pro anima sua, scilicet Valentini sacerdotis, praesentanei inscribentis, missas duodecim singulas, videlicet in singulis anni cuiuslibet mensibus, ante aliquot privilegiam altare absolvat, personamque sui suorum consanguineorum toties quoties missam celebrabunt in memento habeant, eamque obligationem iuxta nexum praesentis obligationis in toto exequantur. Quam perpetuis temporibus valituram habere vult et declarat, hac sua personali recognitione. Valentinus Smarzyński.

Nr 116

A. Deboli przyjmuje na własne dobra zapis ks. Smarzyńskiego.

Grabowiec, 22 XII 1761.

Antoni Deboli, podstarości grabowiecki, przyjmuje z rąk ks. Smarzyńskiego 2000 złp. i zabezpiecza je na dobrach Udrycze. Odsetki płynące z tytułu powyższej sumy w wysokości 140 złp. rocznie będzie wypłacał w dwóch ratach.

Czps. WAP Lublin. Nr 71: *Castrensia Grabovecensia. Inscriptiones s. 472.*

Kop. Zob. dokum. nr 116.

¹ Walenty Smarzyński, zob. dokum. nr 115 przyp. 2.

Actum in castro Grabovecensi feria 3 in crastino s. Thomae Apostoli anno Domini 1761. Hic subinde coram gnoso Michaelae Georgio de Mieszki Mieszkowski, burgrabio castrensi Ravensi¹ ad hunc actum subdelegato comparens personaliter mgcus Antonius Deboli, vexillifer Labuczoviensis, vicecapitaneus loci praesentis², sanus etc. recedendo recognovit. Quia ipse summam 2000 flor. polon. per perillum adm. rdum Valentinum Smarzyński, canonicum Zamoscensem³ in augmentum praebendae poenitentialis eiusdemque in canonicatum erigendae modo suprascripto inscriptam et de manibus suprascripti inscribentis realiter et in effectu levatam in bona sua haereditaria Udrycze⁴ importat, eandemque summam super bonis iisdem, ac aliis quibusvis summisque pecuniariis cum pendendo ab eadem summa 2 millium flor. polon. per 7 a centum censu binis rathis, prima quidem pro festo s. Ioannis Baptistae, altera vero pro festo s. Trium Regum quolibet anno exsolvendo, inscribit et assecurat, idque sub vadio similis 2 millium flor. polon., pro quo forum in casu contravenientis officii praesentis ad respondendum assignat hac sua personali recognitione. Antonius Deboli.

¹ Michał Jerzy Mieszkowski h. Mora, syn Stefana. S. Uruski: *Rodzina*, t. 11 s. 38.

² Antoni Deboli h. własnego, chorąży lubaczowski (1701), podkomorzy nadworny (1778), podstarości grabowiecki, kawaler orderu św. Stanisława (1792). J.N. Bomecki, *dz. c.*, t. 4 s. 183.

³ Walenty Smarzyński, zob. dokum. nr 115 przyp. 2.

⁴ Udrycze, wieś, pow. Zamość, wojew. lubelskie.

(C.d.n.)